

1913  
153

P. d. 589

Hauptmag.

00 No.

00

R

Theol. D. VI. 294.

*x grossis*

*Joannes de flandra*



# INDI

CES QUIDAM IOANNIS  
 BVGENHAGII POMERA-  
 ni in Euangelia (ut uocant) Do-  
 minicalia, Insuper usui tempo-  
 rum & Sanctorum totius  
 anni seruiencia.

AB IP SO AVTORE IAM  
 primū emissi & locupletati.

*Sum H. Kemnath*

VVITTEMBERGAE.

.1524.



L57,

# INSIGNI

ERVDITIONE MAGISTRO GEOR=

GIO SPALATINO ILLVSTRIS S.

Saxonum Prināpis Friderici & c. à sacris

concionibus omīno ac fratri nostro

Ioannes Bugenhagenius Pomeranus.



GRATIAM ET PA=

cem à Deo Patre nostro

& Domino nostro IESV

CHRISTO. Grādas a=

gere debemus DEO patri

nostro, q̄ multipliciter no=

bis hodie aperit suum uer=

bū hactenus absconditum,

ut non indigeamus quibusdam uanis qui passim ho

die eduntur tractatibus, ab ijs qui præter hoc, q̄

maledicta ingerunt in Monachos ac Clericos atq̄;

adeo in Papisticum Regnum, nihil pene nouerunt,

Vnde non tam saluti errantium q̄ suis commodis

querunt consultum, ut quoq̄; non indigeamus

Istis nostris, quæ ubi ad amicos semel emisimus

apud ipsos latitura, tamen nescio quibus autoribus

quoue consilio edantur in publicum, adeo raptan=

A ij

tur om

tur omnia sine delectu. Tuo igitur nomine iam in  
publicū prodat, quod iam ante excusum est ab ijs,  
qui hoc apud te latere non permiserunt. Amico  
tibi & in sacris literis erudito, hæc tam breuia ue=  
lut indices scripseramus, postq̄ Philippus noster  
in quinque aut sex Dominicalia (ut uocant) Euan=  
gelia, quæ post octauam Epiphaniæ leguntur, indi=  
casset mihi, quid tu potissimum requireres  
in alijs. Minora quidem sunt hæc q̄  
ut tuo nomine exeant, sed ho=  
rum inuulgatores &  
qui ista requi=  
runt, no=  
lunt meliora. Vale.

Ex Vuittembergæ Dominica ante  
Dionisij. M. D. XXiiij.

# INDICES

IN EVANGELIA (VT VOCANT)

*Dominicalia, usui temporum totius  
anni inseruientia.*

DOMINICA PRIMA  
ADVENTVS DOMINI.

*Euangelion Matt. xi.*

*Cum appropinquasset Hierosolymis &c.*

*SVMMA, Hæc egit Christus, ut fidem no-  
stram cõfirmaret, uiso, q̄ talis ueniret, qualis erat  
predictus.*

VERVM EVANGELION

*Predicate Sioni, Ecce Rex tuus uenit  
tibi mansuetus &c.*

1 ALLEGORIA, Vestimenta alij prosternunt  
Christo, qui corpora (.z. Corinth. 5.) pro Chri-  
sto tradunt.

2 Ramis uiam decorant, qui operibus & mo-  
ribus Christo dignis, fidem exornant. Fructus bo-  
ne arboris hi sunt.

3 Qui præcedunt, id est, qui fuerunt ante Ema-  
nuelem incarnatum, & qui sequuntur, omnes una  
fide confitentur & magnificant DEI in Christo  
misericordiam.

A iij 4 Osiar

4. Osianna & triumphus soli Christo acclamatur, quoniã non est in alio salus, aut uictoria peccati, mortis & inferorum.

DOM. II. ADVENTVS DOMINI

Euangelion Lucae .21.

Erunt signa in sole & luna & c.

1. Confer huc ex alijs Euangelistis. Signa negligimus & negligemus, sicut olim Iudei.

2. Narratio de quindecim signis est fictiã.

3. Virtutes cœlorum, intelligo exeratum & miliãam cœli mouendam, & quasi ad prelium exituram, Mat. 16

4. His autem & c. Quæ horrenda prædixit impijs, uult pijs esse solacio, qui diligunt aduentum eius. 2. Timoth. 4.

5. Robur uerbi dei. Cœlum & terra transibunt & c. Hoc cum sit contra omnem traditionem humanam, inprimis tamen hic dicitur contra illos, qui talia non credunt uentura. 2. Petri. 3.

DOM. III. ADVENTVS DOMINI.

Euangelion Matt. 11.

Cum audisset Ioannes & c.

1. Ioannes discipulos non propter se, sed propter ipsos discipulos mittit. Ita respondet quoq; Christus Ioanni, non propter Ioannem, id quod luce clarius euadit ex sermone Christi ad populum qui sequitur. 2. Cœcã



2 Cœd uident &c. Præter miracula, opera sunt  
charitatis, quæ facit Christus, quæ sola sunt ope-  
ra bona.

3 Verum Euangelion, PAVPERES EVAN-  
GELIZANTVR, Esaïæ .61.

4 Beatus qui &c. Hæc est probatio fidei mul-  
torum, qui se gloriantur Euangelio credere.

5 Laus Ioannis est approbatio eius prædicatio-  
nis, id est, testimonij de Christo, de quo Ioan. 1.

DOM. IIII. ADVENTVS DOMINI.

Euangelion Ioan. 1.

Miserunt Iudei &c.

1 Vera fides non sua quærit, sed ueritatem &  
confitetur & tuetur, omnia habens pro stercore  
ut Christum lucrifaciat, Philip. 3.

2 Quid ergo baptizas? Pharisei non uolunt  
uideri damnare opus Dei, sed auctoritatem quærunt  
in Ioanne. Non ignorabant ergo baptismum fu-  
turum, Esa. .44. & Ezech. 36.

3 Baptismus Christi non aqua solum est ut Ioan-  
nis, quod signum tantum externum est, sed ignis &  
spiritus sanctus, quo nisi usq; in mortem baptize-  
ris, uana est aqua & Christianus non es, nempe  
Christi baptismo non baptizatus.

A iiij. In nocte



IN NOCTE NATIVITATIS CHRISTI.

Euangelion Lucae. 2.

Exijt edictum &c.

1 Fides a nobis exigitur, cum tempus & locus natiuitatis Christi describitur, ut credas eum esse Christum, de quo talia praedicta erant. Insuper uides hic stirpem Dauid,

2 Pastores sunt primitiae Iudeorum uenientium ad Christum, sicut Magi primitiae gentium, & infantes illi ocasei crucem portantium.

3 Ecce angelus &c. Euangelion cum claritate Dei ad homines uenit. Terret primum, quia tenebras nostras & omnia damnat, donec audias, Nolite timere &c.

4 Angelus unus primum praedicat, id est Christus. Deinde multitudo praedantium praedicat gloriam Deo, & pacem hominibus.

NOLITE TIM. ECCE ENIM &c.

GLORIA IN ALTISSIMIS &c.

Fructus cur uenerit Christus in carnem, est Euangelicum gaudium & gratia.

IN DILVCULO.

Euangelion Lucae. 2.

Pastores loquebantur &c.

1 Fidei exemplum in pastoribus, qui nihil offensor

fensi formis uilibus, confitentur coram hominibus,  
& Deum glorificant, qui sunt fidei fructus.

2 Maria autem & c. Hæc est meditatio sacra, &  
ardens in corde fides.

3 Hic uidere licet, q̄ non occulta fuerit illa nox  
neq; angelis neq; hōibus, Neq; dubito tunc stellam  
uidisse Magos, Ut omnis Dei populus, iam ad unū  
congregaretur Christum. Angeli, Iudei, Gentes.

### IN NOCTE NATIUIT. CHRISTI.

Euangelion Ioan. I.

In principio erat uerbum & c.

1 Gloria filij Dei prædicatur, & tenebræ homi-  
num. Hic sicut condidit omnia, sic & uiuificat &  
illuminat, ut tandem taceant doctrina demoniorū,  
alia uia querentium iustificari.

2 Sileat à gloria Domini omnis caro, obnute-  
scant traditiones hominum & humana somnia, di-  
uinum & æternum & in cordibus uiuens, ardens  
& lucens Verbum, nos & erudit & saluat, Spiri-  
tus est & non caro. Neq; pertinet ad externa hæc  
Phariscorum elementa mundi.

3 Sui cum non receperunt & c. Durum uerbū  
contra eos, qui se gloriantur populum Dei. Soli  
credentes agnoscunt hoc Verbum.

4 Necessè est omnia nostra interire, ut ex deo

A V

per hoc

per hoc uerbum nascamur .

5 Summum Christianorum & solum sacramen-  
tum est, VERBUM CARO FACTVM EST,  
Quòd usq; in finem credere, est semper edere car-  
nem Christi, Ioan. 6. Ecce habes Emanuelem .

IN DIE .S. STEPHANI.

Euangelion Matth. 23.

Ecce ego mitto ad uos & c.

1 Magna gratia est cum mittuntur prædicatores,  
Contra, Amos. 8.

2 Impij uerbo Dei fiunt deteriores, Esaia .6.  
Ecce & c.

3 Sapientia humana & mundi potestas & iusti-  
tia, non potest non pugnare contra Euangelion, ut  
stultum ut infirmum & c.

4 Qui nunciū Dei hodie persequitur, uenit  
super eum omnis sanguis iustorum etiam Christi.

5 QVEM AD MODVM GALLINA.  
Spiritu iucundissima comparatio .

6 Benedictus & c. Certum est hæc esse dicta  
post Dominicam Palmarum . Sic ergo intellige,  
Quia iam à predicatione cessauit & miraculis, om-  
nia ponens extenuatus ut moreretur, iam amplius  
ne signum quidem uisuros ait, unde ipse Christus  
agnosceretur, sed omnia diuersa, donec aliqui præ-  
dicato

dicato Euangelio credant ex Iudeis, quorum tunc  
erit ista confessio, Benedictus qui uenit &c.

IN DIE .S. IOANNIS.

Euangelion Ioan. 21.

Dixit IESVS Petro, Sequere me &c.

¶ Quemq; Christianum oportere sequi Christi-  
stum uocatione qua ipse Christus uocat, quacunq;  
uia ipse ordinauerit, nobis interim nihil sollicitatis  
nisi ut credamus. Ipse imponet tibi crucem quam  
ipse uolet, Siue uoluerit te uenire ut Petrum, siue  
ut Ioannem, hoc nihil ad te. Permite ei, Ipsi est au-  
ra de nobis. Vult omnes quidem se sequi, sed non  
eodem modo. Ora ut sequaris. Modus nihil ad te  
pertinet. Vna quidem fides est, sed probatio fi-  
dei diuersa. Hæc sunt contra Monachos & su-  
perstitiosos laicos quos uocant, qui uel sibi spe-  
ciales uias eligunt, uel uocationes aliorum tantum  
respiçant, ut Françsa, Nicolai &c.

*Vna fides sed  
probatio fidei  
diuersa*

IN DIE INNOCENTVM.

Euangelion Matth. 2.

Angelus Domini apparuit &c.

¶ In Christo seruato uides exemplum sollicitu-  
dinis paternæ, erga eos qui ipsius sunt. Omnia  
sunt in manu dei. Ante horam tibi nihil fiet.

z Ocadi

z Ocādit pueros &c. Iam dissimulat Deus sta-  
nens furere Herodem, Vbi est ergo patria sollicitudo?  
Conditio Christianorum sic habet, ut a re-  
iectamenta mundi derelicti uideantur a Deo.

DOM. INFRA OCTAVAM NATIVIT.

Euangelion Lu. z.

Erant Ioseph & Maria &c.

1 Quæ dicebantur &c. Repete omnia præce-  
dentia.

z Ecce positus &c. Summa negocij Euangeliā,  
alios excæcat, alios illuminat Esaie. 8. Alijs glo-  
riæ est, alijs scandalo. In scandalo crucis probatur  
fides multorum.

3 Honesta & dura Hanna uita describitur, sicut  
Simeonis, & alibi Ioannis Baptistæ, quia produ-  
cuntur testes inculpatis & sancti, populo legis, qui  
illa externa tantum suspiciebat & admirabatur,  
Christus uero edebat, & bibebat, & induebatur  
ut alij, ne quid illis externis iustitiæ arrogares.  
Spiritualis tamen homo uestitu, uictu & moribus  
neq; sibi, neq; alijs immodestus est.

IN OCTAVA NATIVITATIS.

Euangelion Luca. z.

Postq̄ consummati &c.

Circum

1 Circunāſio ſignificat omnia ex prima natiuitate eſſe immūda. Regeneratio hæc erat credentibus.

2 Circunāſio literæ nihil prodeſt, ſed circunāſio cordis in ſpiritu, Roma. 2. Seruabatur tamen tunc, quia Deus hoc ſignum eis dederat, ſicut nobis Baptiſmū aquæ, Quare? Quia ſic uoluit.

3 Hic primum puer acāpit nomen, ut noris primam natiuitatē eſſe damnatam, & non dignam quæ nominetur.

4 IESVS & Emanuel conueniunt, Vtrunq; uidet Matth. 1.

### IN EPIPHANIA DOMINI.

Euangelion Matth. 2.

Cum natus eſſet IESVS &c.

1 Hæ ſunt primitiæ Gentium, ad Chriſtum non ſine lucæ cœleſti, id eſt fide quantulacunq; ſue rit. perductæ.

2 Hieroſolyma turbatur. Incæperunt enim iam reuelari ex multis cordibus cogitationes Eſaiæ. 8

3 Iudei locum natiuitatis ex prophetia, & tempus ex Magis agnoſcunt, ut ſint inexauſabiles.

4 GAVISI SVNT &c. Lux Euangelicæ ſiue uerbum, quo Chriſtus cognoſatur, pacem & gaudium ſecum adfert conſcientiarum.

5 Vera fides nihil mouetur formis uilibus, ſed  
adorat

adorat Christum, ut auct; omnia appareant diuer-  
sa, non tamen sine muneribus. Nam sine operibus  
bonis fides esse non potest, erumpit sua sponte.  
Quod uni ex minimis meis &c.

6 Herodes exemplum est malitiæ, siue sapien-  
tiæ rationis humanæ contra Euāgelion laborantis,  
ad quam spiritus monet ne reuertamur.

DOM. I. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Lucae. z.

Cum esset Iesus annorum duodecim.

v Ascendunt Hierosolyman sancti Maria et  
Ioseph &c. Quid igitur profunt legis opera?

z Christus præfert uocationem diuinam paren-  
tibus Fit subditus. Christus factus est sub lege (Ga-  
la. 4) et parentibus obedit, quatenus diuina uoca-  
tio finit.

DOM. II. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Ioannis. z.

Nuptiæ factæ sunt &c.

v Christus sua presentia confirmat nuptias.

z Exemplum est hic orandi, Maria quanquam  
repulsa, tamen non desistit fidere, sed iubet fieri  
quicquid præcepturus esset Christus. Vide fidem  
mulierculæ.

3 Signū, confirmatio Euangelij. Christus præ-  
sto est



sto est nostra necessitati & corporali & spiritali.

DOM. III. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Matth 8.

Cum descendisset Iesus de monte & c.

- 1 Domine si uis & c. Fides resignat se uoluntati diuinae, & tamen accedit.
- 2 Christus tetigit leprosum contra legem. Lex uiolanda propter charitatem.
- 3 Nemini dixeris & c. Euangelion non gloria-  
tur, sed est uerbum crucis, patitur ignominiam.
- 4 Ostende te ipsum sacerdoti, Scriptura perhi-  
bet testimonium Euangelio.
- 5 Centurio sentit uerbo confici sanitatem, nihil  
enim aliud requirit. Contra eos, qui carnaliter  
consolari uolunt.
- 6 Filij regni ei ieiuntur, id est, populus operum  
non consequitur iusticiam Roma. 9. & 10.

DO. IIII. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Matth 8.

Ascendente Iesu in nauim & c.

- 1 Imbecillitate Apostolorum, consolatur nostram  
imbecillitatem.
- 2 Omnes tribulationes sunt probationes fidei.
- 3 Christus dormire uidetur, non statim adiuuat,  
ut confirmet fidem, Christo

¶ Christo omnia subiecta sunt, Ideo credamus,  
etiam si nullum appareat consilium euadendi.

DOM. V. POST EPIPHANIAE.

Euangelion Matth. II.

Confitebor tibi pater &c.

1 Ratio non capit Euangelion. Ideo cum in sapi-  
entiam mundi & in iustitia mundi quærat salutem,  
non inuenit.

2 Paruuli sunt, qui nec sua sapientia, nec sua  
iustitia fidunt, sed credunt.

3 Sicut soli paruuli consequuntur salutem, Ita  
non cognoscitur pater nisi Christus ostendat, hoc  
est, nostra sapientia non cognoscit, sed quando fi-  
de in cruce eruditi sumus, tunc discimus potentiam  
Dei. Ideo & postea consolatur eos qui cruce figun-  
tur, dicens, iugum meum suaue est &c. Matth. II.

ALIUD EVANGELION Matth. 13.

Simile est regnum cœlorum sagine missæ in ma.

Hoc totū Euangelion, discernit administrationem  
Euangelicam à ciuili. Euangelion spargitur in om-  
nes, siue corde percipiant siue contemnant, Gladi-  
us autem punit externa crimina.

Vide Sermonem Martini Lutheri de Gladio.

Christus ipse hoc Euangelion interpretatur.

Dominica

DOMINICA SEPTVAGESIMAE.

Euangelion Matth. 20.

*Simile est regnum cælorum &c.*

1 Summa Euangelij est. Gentes æquantur Iudeis, id est, populus sine operibus, æquatur populo operum.

2 Quia populus operum, tanq̄ debitum poscit, ideo reijatur, quanq̄ accipiat ea quæ promissa sunt lege. Nam Iudei acceperunt promissiones carnales.

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Euangelion Lucae. 8.

*Cum turba plurima conueniret &c.*

1 Non est humani meriti sanctificatio, sed gratiæ seminantis, quia nisi ille semen afferret, non iustificaremur.

2 Euangelion non intelligunt, nisi quibus Deus reuelat.

3 Euangelion operatur crucem. Ideo ait, Affe-  
runt fructum in patientia. Superiores omnes scan-  
dalizantur cruce, ideo exadunt.

DOMI. QVINQVAGESIMAE.

Euangelion Lucae. 18.

*Assumpsit Iesus. xij. discipulos &c.*

1 Exemplum ignorantiae Apostolorum, Quia

B

caro

caro scandalizatur cruce, quæ tamen comitatur  
Euangelion, ut supra.

2 Exemplum orandi. Quanq̄ enim cæcus pro-  
hibeatur, tamen pergīt orare.

3 Fides saluum feāt. Hæc gloria fidei est, quam  
hic adimit operibus.

### IN DIE CINERVM.

Euangelion Matth. 6.

Cum ieiunatis & c.

1 Hypocritarum opera damnat, quia non fiunt  
ex fide, Nam quærunť sua, id est, corde respiciunt  
in terram, ubi habent thesaurum suum, Id est, id  
quod quærunť.

2 In omni opere, simplici oculo respiciendum ad  
Deum, Hoc est thesaurum habere in cœlis.

3 Unge caput tuũ, & faciem tuã laua, id est, letus  
appare hominibus. More terre palestinae loqui-  
tur, sicut Lucæ. 7. Oleo caput meum non unxisti.  
Id quod hodie significat Papistis, Accipe cineres.

4 Neq; hic potuerunt suam occultare hypochri-  
sim prodente scriptura, quæ solum contra hypo-  
crisim destinata est. Nam crassa illa uitia etiam mun-  
dus iudicat. Spiritus sanctus, per quem proditæ  
sunt scripturæ, arguit mundum de peccato incre-  
dulitatis, de iusticia & de iudicio. Sic enim habet  
scriptura

Scriptura Esaie .58. Quare ieiunauimus &c. Et  
sacrum & cinerem sternere &c. Lege reliqua.

5 Sat ieiuniorum Papisticorum habemus. Chri-  
stiana ieiunia, & de quibus dicit Euangelion, igno-  
ramus. Disamus enim considerare, & iustiam po-  
nere in abis, in iniuriam primum conditoris, de-  
inde & redemptoris, secundum doctrinas demonio-  
rum, in hypocrisi loquentium mendacium.

6 Ieiunandum quocumq; cibo, quocumq; die, qui-  
buscumq; modis tibi placuerit secundum rationem tui  
corporis, ut sobrius sis corpore & mente, ut sem-  
per simus parati ad diem illum uenturi Christi, ne  
grauentur corda nostra, crapula & ebrietate. Hoc  
scz, egregie praestant Papistica ieiunia suis legibus?

7 Christus ieiunauit .40. diebus & noctibus.  
Respondeo primum. Facta non sunt lex. Non se-  
quitur, Factum est, ergo fieri debet. Alioqui osten-  
de praecipuum de quadragesima. Quid ergo facis  
peccatum ubi non est, o homo peccati? Aut quid  
iustiam ponis in stercore, id est, in eo, quod in  
uentrem uadit, & per secessum emittitur? Quod si  
imitatio Christi est, ut narras & erras, quid singu-  
lis annis cogor adhaec, cum Christus semel tantum  
ieiunarit? &c. Deinde miraculum fuit, quod ne  
imitari quidem potes, ut etiam rumpantur illa Co-  
dro. Alioqui nihil ede, nihil bibe intra .40. dies

B ij & noctes,

Et noctes. Præterea super mare ambula, mortuos exusata &c. Sic oportet errare hypocritas, etiã imitatione ut putant Christi, ut non mireris de imitatione sanctorum &c.

FERIA · V ·

Cum introiisset Capernaum, Mat. 8.

1 Iacet &c. Fides uera necessitatem proponit Deo, Modum liberationis non præscribit, sed deo committit, Sicut supra leprosus.

2 Fides uera, soli Christi uerbo tribuit sanitatem, id est, iusticiam, non carnis presentiam requirit. Sentit regnum Christi in spiritu, non in elementis huius mundi.

3 In Israel &c. Ne Apostoli quidem tantam fidem habebant, quibus in fine dixit, Expedi uobis ut ego uadam, alioqui paracletus non ueniet &c. Vides paracletum negari ijs, qui in externo Christi cultu hærent.

4 De susceptis Gentibus, id est, peccatoribus, & reiectis Iudeis, id est, sanctulis.

5 Fides & fiducia uera impetrat quiduis.

SEXTA FERIA POST CINERVM

Audistis quia dictum sit &c. Matth. 5.

1 Christianam dilectionem non esse, si non ex corde diligas etiam inimicum. Hoc natura non habet, sed fidei spiritus præstabit.

2 Dictum

2 Dicitur est &c. Sic prædicatum ante. Finxe-  
rat enim hoc sophistica traditio, ex eo, qui iussi erant  
Cananeos &c. expellere, Deut. 7. & 12. Contra  
legem Leuit. 19. Non quæras ultionem, nec memor-  
eris iniuriæ cuius tuorum, Diliges amicum, ubi le-  
gendum est, proximum. Et contra Prouerb. 25. Si  
esurierit inimicus tuus &c.

3 De hypocritarum iusticiâ, uide supra de ieiunio.

#### SABBATO POST CINERVM.

Cum sero esset factum &c. Mar. 6.

1 Tentatio fidei. 1. Pet. 1. In quo exultabitis &c.

2 In tentatione absens, & dereliquisse uidetur  
Christus. Idcirco laboratur, ita ut ne rediens quidē  
putetur adesse.

3 Hic omnia egregie ignoramus, quæ antea cre-  
dere uidebamur, ut non simus confidentes nobis. 2.  
Corinth. 1.

4 Quotquot fide tangunt Christū, sanari, Ex-  
emplum mulieris fluxu sanguinis laborantis.

#### DOMINICA INVOCAVIT.

Euangelion Matth. 4.

Ductus est Iesus in desertum &c.

1 Nemo Christianus nisi tentetur.

2 Christus uicat pro nobis, translata in se imbe-  
cillitate nostra.

B iij 3 pr

3 Prima tentatio de uictu est. Vinat autem, con-  
solans se eo uerbo, quod de uictu soliciatis dictum  
est Deut. 8. Non in solo pane & c.

4 Secunda tentatio, de tentando Deo, id est, si  
uictus diuinitus datur, ergo non laborabo. Estq;  
tentatio de predestinatione contra fidem. Si pre-  
destinatus fueris, saluaberis, Si non, quid speras?

5 Tercia tentatio blasphemie est, quia quando  
uiamur, tunc caro incipit gloriari in donis suis, &  
se pro Deo habere.

FERIA .II. POST INVOCAUIT.

Cum uenerit filius hominis, Matth. 25.

1 In extremo iudicio non requirit Christus ope-  
ra Papistica, que ignorat, sed opera charitatis in  
proximum.

2 Atq; hac ipsa opera ex fide iudicabit. Mihi  
inquit fecistis.

3 Scriptura de iudicio operum loquitur, nam ali-  
ter nobis iudicium Dei describere non potest, qui cor  
de uidere non possumus, sicut fere ubiq; sese scrip-  
tura nostra intelligentie ut paruulis accommodat.  
Ideo dicit, Reddet Deus unicuiq; secundum opa sua.

4 Fides facit bona opera, omittit mala. Infideli-  
tas facit mala opera & hypocritica, omittit bona.  
Ideoq; ex radice Christus iudicat opera, Hos bene-  
dictos a patre uocans, id est, fideles, Illos maledi-  
ctos, id est, infideles.

5 Fideles



5 Fideles ignorant sua bona opera, licet omnia  
faciant. Infideles excusant, quod nunquam habuerint  
occasionem benefaciendi &c.

FERIA .III. POST INVOCAVIT.

Cum intrasset Iesus Hierosolymam &c. Matt. 21.

1 Conturbantur impij ad aduentum Saluatoris,  
In primis Hierosolymita, id est, qui praeter ceteris  
sanctitatem sibi uendicant. Hypocritae Christi ad-  
uentum simulant se diligere.

2 Eiectis nundinationibus Papisticis, reapit &  
sanat in Ecclesia sua caecos & claudos, id est, pec-  
catores haecenus traditionibus humanis uexatos, ut  
uidere iusticiam dei, & incedere in uia iusticiae non  
possent.

3 Indignantur Pharisei Osianna acclamari Chri-  
sto, id est, Euangelion praedicari a paruulis. Ideo  
illos deserit Matt. 21. Abscondisti haec a sapientibus  
& prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Christo  
gratia, haec omnia hodie uidemus,

FERIA .III. POST INVOCAVIT.

Accesserunt ad Iesum scribae &c. Matth. 12.

1 Signum Iona factum est, non est aliud expec-  
tandum. Impij namque etiam quotidiana signa negli-  
gunt, de quibus dicitur, Si Moysen & prophetas  
non audiunt &c.

2 Grauius iudicium est illis, qui audierunt Euan-  
gelion

B iiij

gelion & cōtempserūt. Verendum ne hodie, audi-  
tu Euangelij Deus nos uelit grauius damnare. Oran-  
dum ergo & c.

3 Carnis fiducia abijāt Christus, & non respi-  
cāt ne in matre quidē aut sanctis, ut tandem obstru-  
antur ora hypocritis & illis supersticiosis.

FERIA .V. POST INVOCAUIT.

Si uos manseritis in meo sermone Ioan. 8.

1 Contra doctrinas & traditiones humanas pu-  
gnat hoc Euangelion.

2 Non sunt Christiani siue discipuli Christi, qui  
ad tempus credunt, & in tempore persecutionis re-  
cedunt.

3 Non intelligent Euangelij gratiam, qui non ma-  
nent in uerbo Christi.

4 Nulla libertas spiritus, nisi per ueritatem, id  
est, Euangelion Christi.

5 Collatio seruorum, & filiorum.

6 Qui Euāgelion non sustinent, ex diabolo sunt.

Opera Abrahæ sunt fides, quæ per dilectionem  
operatur. Credidit Abraham Deo & c. Roma. 4.

& Gen. 15. Ergo obediuit eius uerbo. Ioannis. 6.

Hoc est opus Dei, ut credatis in illum & c.

Opus diaboli est infidelitas Gen. 3. quæ produ-  
cāt odium & c.

Feria

FERIA .VI. POST INVOCAVIT.

Post hæc erat dies festus Iudeorum Ioan. 5.

- 1 Aqua quinq; portiabus ancta, lex est, quæ nõ sanat nisi spiritu mota, sicut quodq; uerbũ non sanat sine spiritus motione, sicut aqua baptismatis sine baptisinate spiritus non sanat.
- 2 Christus absq; signo aquæ sanat, ut discas in nullare confidere.
- 3 Sabbatum est &c. Libertatem prohibent à Christo datam.
- 4 Grauius iudicium est illis, qui audientes Euangeliõ contemnunt &c. ut supra feria. 4.

SABBATO POST INVOCAVIT.

Assumpsit IESVS Petrum &c. Matth. 17

- 1 Gloria regni Christi post resurrectionem hic præostenditur, siue gloria resurrectionis.
- 2 Lex & propheta in Christum consentiunt, & in Christo cessant Moses & Helias.
- 3 Caro uult ante crucem & sine cruce glorificari. Petrus &c.
- 4 Hic est. Gratia per Christum. Ephe. 1. Dilectos nos reddidit in dilecto filio suo. Sicut Christus non potest non esse dilectus, Ita & nos in Christo.
- 5 Ipsum audite. Autoritas uerbi Christi. Omnis doctrina non Christi, ad salutem inutilis & noxia.

B V Dom

## DOMINICA REMINISCERE.

Euangelion Matth. 15.

Egressus Iesus secessit &c.

- 1 SVMMA, Non est personarum acceptor Deus. Ro. 2. Fides respicitur, hæc impetrat quiduis.
- 2 Fides misericordiam implorat, Sed modum tempusq; exauditionis committit Deo, nihil diffidens.
- 3 Non diffidit, etiam si Deus negare uideatur, etiam si aduersari. Hæc est tentatio fidei magna.
- 4 Non diffidit, etiam si tentetur de prædestinatione, quasi ad gratiam filiorum non pertineat.
- 5 Exemplum hinc habes, q; Deus non uult nos sollicitos esse, de prædestinatione, sed ut fidamus, etiam in peccatis & morte. Hæc est fides magna.

FERIA .II. POST Reminiscere.

Ego uado & queretis me &c Ioan. 8.

- 1 Hypocrite, quia uiam Christi ignorant, sed alia uia querunt salutem, in peccato suo, id est, in infidelitate sua morientur, quando quidem Christum quem ore confitentur, non credunt Christum esse, id est, Dei iusticiam. 1. Corinth. 1.
- 2 Vos deorsum estis &c. Caro est ignorans Dei. Animalis homo non percipit &c. 1. Cor. 2.
- 3 Principium &c. Principio, legendum est, Vel Prorsus id quod loquor uobis, id est, uerbum Dei patris loquor uobis, & plane ego sum illud ipsum uerbum Io. 1.
- 4 Multa

4 Multa & c. Euāgelion iudicat & damnat omnia nostra, siue omnem hominum iusticiam. Icarco iustam persequendi causam putant se habere hypocrite.

5 Sed qui & c. Vos mea damnatis, sed non sunt mea. Occupatio est.

6 Cum exaltaueritis & c. Morte Christi & resurrectione declaratum est, esse uirtutem Dei Euāgelion Christi, Roma. 1.

FERIA .III. POST Reminiscere.

Super cathedram Mosi & c. Matth. 23.

1 Super cathedram Mosi sedent, qui docent quæ Moses docuit.

2 Onera grauius sunt lex. Act. 15.

3 Hypocrite nesciunt legem esse cognitionem peccati, Roma. 7. & urgere in Christum, Gala. 3.

4 Collatio fastus hypocritarum & Christianorum modestie. Illius plœna hodie sunt omnia, sed tecta specie sanctitatis & sapientie.

Vide in Euangelio sequenti Magistrorum nostrorum fastum, Clericorum & Ordinum sanctitatem. Item ficta superstitionum merita.

FERIA .IIII. POST Reminiscere,

Ascendens Iesus Hierosolymam & c. Matth. 20.

1 Viam ad gloriam ostendit, & simul eos consolatur contra scandalum crucis.

2 Caro

2 Caro non intelligit gloriam Dei, sed uult carnaliter glorificari, & de Christo gloriari.

3 Non erit ita inter uos & c. Gentes sunt, qui dominari querunt.

FERIA .V. POST Reminiscere.

Non possum ego & c. Ioan. 5.

1 Non possum. Pudeat liberi arbitrij assertores.

2 Opus Christi, iudicium & uerbum, esse Dei.

3 Pater testificatur de Euangelio, ut interim tacet de Mose, prophetis & Ioanne.

4 Neq; uocem eius & c. Contra legem uidetur dicere. Sed nemo intelligit uerbum nisi per Christum & Christi spiritum. Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam. Unigenitus & c.

5 Scripturae scrutandae sunt, illae testificantur de Christo, & iudicant siue accusant & damnant omnes Christo non credentes.

6 Qui gloriam ab hominibus querunt, & titulos uanitatis diligunt, Christi Euangelion nunq; intelligent. Quomodo (inquit) potestis credere & c.

Argumentum sic intellige. Si Mosi, in quo speratis, non creditis, nequaquam meis uerbis credetis, quem & contemnitis & impium iudicatis.

FERIA .VI. POST Reminiscere.

Homo paterfamilias plantauit uineam Matth. 21.

1 De uinea Esaie. 5. Omnia parauerat Deus, que

quæ ad uineam Iudaicam pertinebant, ut uideas, nostras præparaciones esse nihil. Quæ fuit per suos prophetas siue prædicatores, & tandem p̄ Christum fructū fidei. Sed mala arbor non profert fructum bonum. Labruscæ, non uuæ producuntur, ubi contemnitur uerbum Dei.

2 Hic est heres & c. Durum uerbum contra Iudeos, qui uidentur intellexisse, eum esse Christum & heredem Iudaicæ regni. Esa. 9. Super solium Dauid sedebit & c. Luca. 1. Dabit illi & c. Sed quia ipsorum omnia damnabat, & ipsorum gloria & lucro per Euāgelion decessit, Ex cæcitate deinde, eum esse, uidere non potuerunt. Hoc est quod dicitur. 1. Corinth. 2. Si cognouissent & c. Act. 3. Per ignorantiam & c. Videant hoc nostri, qui suæ gloriae & lucro timent, propter Euangelion. Spiritus dicit, At tollite portas principes & c. Psal. 23.

3 Regnum Dei translatum ad Gentes.

SABBATO POST Reminiscere.

Homo quidam habebat duos filios Luca. 15.

1 Collatio peccatorum ex sola gratia susceptorum, & populi legis, stulte in operibus gloriantis.

2 Decedit à Deo & turpiter sua perdit, qui acceptis Dei donis, sanitate corporis, pulchritudine, diuicijs, ratione, ingenio, eloquentia & c. contra datorem abutitur. Is famem patitur, quando reuelatur pec

Sanctos de q̄ mittit ab eis  
rare ad tempus tamen  
reuerat deum indicat  
in varias tribulationes  
ut agnoscat eum & ad  
in hunc mundum in carnis  
nostant in hunc mundum

hoc indicat de  
memoria domini  
in nro thū

filii nobile  
fsona lapsy  
sanctorum

alio filii  
fsona corum  
qui sunt in  
deu suspecti  
sunt a

tur pec

castigant. ut ag-

tur peccatum, & consäentia cœperit urgere. Tūc doctrina demoniorū & traditionibus humanis quærit liberari, sed siliquæ sunt, & quibus animus saturari nescit, semp̄ deterius habens, In regione adhuc est tenebrarum, donec ad panes patris reuertitur.

3 Non nostrū esse, q̄ reuertimur. Cum (inquit) adhuc longe esset & c.

4 Hic obliuiscatur dicere quod præstituerat, fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. Qui enim uere intus à patre suscipitur ut filius, non cupit esse mercenarius, licet omnia consäentia misera ante promittebat se facturam nescio quæ, sicut fit. Tunc enim uere cognoscat omnia ex gratia sibi offerri & nullo merito Mercenarij sunt omnes iusticiarij, qui merita in suis operibus quærunt, & secundum operis magnitudinem, suam metiuntur sanctitatem, Qui quamuis audiant à patre, Fili, omnia mea tua sunt, nihil potes mereri, Ipsi tamen stultissime manent mercenarij, & odio habent Dei iusticiã, condemnantq; peccatores sequentes Euangelion nullo merito susceptos. Insuper hoc sentiunt hypocrite sed falso, Ecce tot annis seruius tibi & nunq̄ mandatum tuum transgressus sum & c. Quod uero sequitur, Et nunq̄ dedisti & c. significat, hypocritas nihil uere pacis & gaudij diuini in consäentia sentire, nisi  
 & se



q̄ se solantur arrogatione sanctitatis operum, quam  
in tentatione & morte necesse est cadere, quia est  
aediſium ſuper harenam aediſicatum. Vides mer-  
cenarios ſanctos, uides & filios peccatores.

5 Cito proferte & c. Nihil tardat benignitas pa-  
tris. Stolan primam, id est, fidem, quam Adam  
perdiderat, quando uidit ſe nudum. Annulum in  
manu, ſigna fidei per opera. Annulus non est fi-  
des, ſed ſignum fidei.

Calciamenta in pedibus, ut currat predicando  
alijs, Ephe. 6. Vitulum ſaginatam, Chriſtum gra-  
tia plenum pro nobis ocaſum, ſignificat.

In hoc conuiuio, est gratia & pax Dei, quae ex-  
uperat omnem mentem, id est, ſymphonia & cho-  
rus. Haec in conſcientia. Et praeterea gaudium est  
angelis Dei & c. & iuſtis omnibus Pſalmo. 118.  
Qui timent te uidebunt me & letabuntur & c.  
Quid enim non congauderent, coelum, terra & om-  
nia Deo patri? & c.

Sūma. Iudei hypocritae, Gentes peccatores.

## DOMINICA OCULI.

Euangelion Lucae II.

Erat IESVS eijacens demonium & c.

1 Nullus liberatur a regno principis tenebrarum,  
nisi per lucem Chriſtum. Io. 8. Si filius & c.

2 Hanc

2 Hanc gratiam hodie multi blasphemant, dicentes, esse heresim non à Deo.

3 Ex fructibus, à nobis cognoscatur opus tenebrarum, & opus lucis. Non conuenit lucì ac tenebris.

4 Quod deterius habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis, siue contrariæ persuasionis recedunt. z. Pet. z.

5 Factum est &c. Christus gloriam carnis non agnoscat, ne in matre quidem sanctissima uirgine. Exemplo igitur Christi, uirtutem uerbi Dei prædicare deberent, qui nihil nisi laudes uirginis garrunt.

6 In Beelzebub &c. Vide in Euangelistis hoc esse peccatum in spiritum sanctum, qua de re scripti quãdoq; in psalmis, & in Epistola ad Hebræos.

FERIA .II. POST Oculi.

Quanta audiuius facta &c. Luca. 4.

1 Christus ostendit se suscipiendum à gentibus, & gentes præfert.

2 Hypocrisis non sinit se, suaq; condemnari, & uiolentia utitur, ubi se scripturis uidet superari, quos res ipsa declarat, homicidas in corde esse, qui sibi sanctitatem arrogant.

3 Iesus autem transiens &c. Fideles sciunt omnia esse in manu Dei, & sinunt mundum furere &c. Ante horã nihil mihi faciunt aduersarij, Cum Deus uoluerit, quid fugiam? &c.

Feria

FERIA .III. POST Oculi.

Si peccauerit in te frater tuus &c. Matth. 18.

1 Excommunicatio ecclesiastica, quam hodie ignorant, excommunicati illi excommunicatores, qui pro suo lucro, tradunt animas Satanae, quas Christus suo sanguine redemit.

2 Quaecunq; alligaueritis &c. Vides Ecclesiae traditas clauas, ut non contemnat quis iudicium Ecclesiae, si habeatur pro ethnico & publicano. Timeat hoc, quicumq; post has monitiones excluditur, uel à duobus fidelibus. Nam hodie Ecclesiae publicae faciem non uidemus, ut liceat nobis isto iure publice uti.

3 Iterum dico &c. Promissio magna ijs, qui confenserit &c. In hac promissione, ego audeo confiteri fratri peccata mea, & communiter cum eo orare pro peccato meo, & certus sum, qd dimittitur, quia dicit, De omni re, quaecunq; petierint &c. Sed non debeo inde alijs facere praecipuum confitendi.

4 Semper iniuria quantacunq;, est condonanda fratri, Alioqui non donatur nobis.

FERIA .IIII. POST Oculi.

Accesserunt ad Iesum &c. Matth. 15.

1 Egregius locus contra traditiones hominum.

2 Opera infidelitatis damnant, non res externae, quas creauit Deus, ad utendum cum gratiarum actione &c. 1. Timoth. 4.

C 3 Ois

3 Omnis plantatio &c. Omnia peribunt, præter uerbum Dei. Cœa usq; cadunt &c.

Aduerte, qd dominus quoq; damnat in Esaia, qui trepidant & timent quasi Deum, ad has traditiones, dicens. Timuerunt me mandato hominum, & doctrinis &c. Esaie 29.

FERIA .V. POST Oculi.

Operamini, non cibum qui perit &c. Ioan 6.

1 Cibum Christi, & opus Dei, est credere in Christum.

2 Caro hunc cibum non intelligit, nisi carnaliter.

3 Manna non iustificabat, fides iustificat.

4 Manducas & bibis Christum, dum credis, ut maneat in eo, & ipse in te. Vide de Corpore Christi.

FERIA .VI. POST Oculi.

Venit Iesus in ciuitatem Samarie &c. Ioan .4.

1 Hic Christus describitur fugiens, fatigatus, esuriens & sitiens, ut hac imagine nos consolemur peccatores. Talem habemus pontificem &c. Heb 4

2 Gentilis & adultera, quanta modestia suscipitur & doctur, occasione undecumq; accepta de fonte uiuo, id est, fide, quæ salit in uitam eternam. Certe phariseus, hanc ne uia quidem dignam iudicasset. Unde ipsa ait Non contumetur Iudei Samaritanis. Hæc Gentium uocationem significat, Hic se conso-

lentur

lentur peccatores, qui se peccatores agnoscent.

3 De adorando in spiritu &c. Tales pater querit adoratores. Ergo carnales adoratores non uult, qui est externus ille & fictus dei cultus.

4 Christus esurit salutem peccatorum, non querit sua &c.

5 Prophetae laborauerunt credentes promissionibus, nondum exhibito Christo, Verbum & semen Dei primi acceperunt. Iam omnia parata sunt quae ipsi expectarunt. Ipsi praedicauerunt uentura, Vos exhibetis praesentia.

#### SABBATO POST Oculi.

Perrexit Iesus in montem Oliueti Ioan. 8.

1 Non prohibet Christus plecti adulteram.

2 Sed suo officio fungens, ostendit omnes esse peccatores, In primis qui legis iusticiam se sequi putant.

3 Lex exigit poenam. Euangelion condonat gratis omnia, ex corde resipiscentibus.

4 Verum, Deus solum nouit qui ex corde resipiscant. Ergo legis ministris manet integrum ius gladij, quantumcumque resipiscant malefactores coram Deo, nisi spiritus in ministris legis aliter iudicauerit, ut parcatur illi, cui etiam parca cupit communitas &c. Hic ministri utantur sua libertate, lex non cogit eos.

C ij Dominica

DOMINICA LETARE.

Euangelion Ioan. 6.

Abijt Iesus trans mare Galilee.

1 Hic locus tentationi de uictu medetur, atq; ita etiam alijs.

2 Ratio uictum sperat humano more. Ideo Andreas dicit, Quid hæc inter tantos?

3 Sic in iustificatione, iustificare se querit humano more, sed fallitur.

FERIA .II. POST Letare.

Prope erat Pascha Iudeorum Ioan. 2.

1 Quid aliud hodie est Ecclesia, q̄ nundinatio Clericorum?

2 Cultum Dei uocant. 1. Timoth. 6. Aestimantes quæstum pietatem. Sed Christus eos eijat e regno suo.

3 Et hic aliud signum non accipiunt, q̄ signum Iona prophete. De quo supra.

4 Non credebat &c. Exemplum, ne nos permittamus iudicijs hominũ, qui etiam nescimus, quid sit in homine.

FERIA .III. POST Letare.

Cum iam dimidium festi &c. Ioan. 7.

1 Quomodo hic literas &c. Caro nõ aliam sapientiã nouit q̄ humanam, Spirituales autem sunt Theodidacti Esa. 54.

2 Nemo

2 Nemo cognoscet Euangelion esse uerum, nisi qui quaesierit obsequi uoluntati patris.

3 Gloriam suam, non Dei quaerit, qui sua praedicat & docet, id est, humana somnia, siue uerbum Dei sine spiritu.

4 Hypocritae simulant legem, & non faciunt, & condemnant libertatem Euangelij.

5 Sicut Iudei dicunt se scire, unde Iesus sit, & non esse eum Christum, Sic & hodie hypocritae dicunt, se scire Euangelion, & tamen Euangelion non iustificare, Hoc est, Euangelion non esse Euangelion, & Christum non esse Christum.

6 Nondum hora & c. ut supra.

FERIA .IIII. POST Letare.

Prateriens Iesus & c. Ioan. 9.

1 Ratio sic argumentatur. Hic patitur, ergo est peccator. Illi omnia bene succedunt, ergo est Deo charus. Argumentum amicorum Iob per totum ferre librum.

2 Christus aut ait, crucem imponi nobis, ad gloriam Dei.

3 Donec dies est, id est, donec appareo in mundo per Euangelion. Veniet nox, scz quando non apparebo, ubi non praedicabitur Euangelion, Tunc nemo poterit operari opera Dei.

4 Luto, credo legem significari, quae indicat coe-

C iij

citatem

citatem, non aufert, donec ad uerbum Christi laue-  
mur baptismo spiritus. Nam cæcus, omnes nos sig-  
nificat, natura & à natiuitate carnis cæcos, quæ  
cæcitas cedit in gloriam Dei, dum ex mera gratia,  
nos illuminatos agnoscamus. Aduerte obedientiam  
cæcæ.

5 Confitetur & prædicat intrepide, Christū be-  
nefactorem, qui cæcus fuerat, Vnde excōmunicatur  
& blasphematur eius uerbum.

6 Nos scimus q, Mosi & c. Hæc est grauis tenta-  
tio, dum ratio uerbo Dei, uerbū Dei opponit.

7 Tentatio facit, ut propius Christum cognosca-  
mus.

8 In iudicium & c. Matth. xi. Abscondisti hæc à  
sapiantibus & c. Esaia. 6.

FERIA .V. POST Letare.

Pater meus usq; modo operatur & c. Ioan. 5.

1 Qui damnatis meum opus in Sabbato, dannate  
& patrem, qui nunq̄ operari cessat.

2 Pater & filius, unius sunt uoluntatis, & ea-  
dem operantur.

3 Locus de Sabbato.

Reliqua in Euangelijs pro defunctis, Licet ego  
non habeam Euāgelia pro defunctis, sed pro uiuis.

FERIA .VI. POST Letare.

Erat quidam languens & c. Ioan. II.

1 Mors



- 1 Mors & omnia mala mundi, inflicta sunt nobis propter peccatum.
- 2 Promissus erat Christus, ut a talibus liberaret.
- 3 Deus uult in nostris malis glorificari. Consolatio resipiscientium.
- 4 Sunt ergo bona opera, ut auct; appareant, quae crux a Deo imposita sunt.
- 5 Lapidare & c. Exemplū infirmitatis Apostolorum, ad nostram consolationem.
- 6 Nonne duodecim horae & c. Id est, tempus meū ministerij, non semper durabit. Significat illam esse in luce, & non impingere, qui sequitur suam uocationem, ut auct; impedire nitatur mundus.
- 7 Ut credatis. Supra, Ut glorificetur & c. Item de caeco nato. Et hic infra, Crediderunt & c.
- 8 Moriamur & c. Haec est confidentia Petri nondum tentati.
- 9 Fides Marthae, sicut Petri, Matth. 16.
- 10 Euangelion, EGO SVM RESVRRECTIO ET VITA. QVI CREDIT & c. Ista est summa summarū huius historiae.
- 11 Infremuit & c. Indignatus aduersus regnum mortis, quod uenerat destructurus.
- 12 Omnia agit & iubet Christus ut homo, quo exercet fidem duarū sororū & discipulorum.
- 13 Ego autem & c. Fides semper auditur.

C iij

14. Verbo

14 Verbo Christi suscitantur mortui. Doctrinæ  
hominum, hic nihil possunt.

SABBATO POST Letare.

Ego sum lux mundi &c. Ioan. 8.

1 Sine Christo omnia esse tenebras.

2 Nihil intelligi aut recte iudicari sine hac luce.  
Quid ergo nobis cum traditionibus humanis?  
Quid cum consuetudine? Quid cum Francisco &  
Augustino? Quid cum iusticijs operum? Mundus in  
tenebris est, & quicquid nostrum est, damnatum  
est sine Christo.

3 Hypocritæ patrem Deum ignorant, quem ta-  
men maxime uidentur colere, Quia Christum esse  
Dei iusticiam non credunt, & si credere se dicant,  
tamen mentiuntur, quia factis negant, id est, alia  
uia quærunt salutem, Tit. 1.

#### DOMINICA IVDICA.

Euangelion Ioan. 8.

Quis ex uobis arguet me de peccato &c.

1 Impietas pharisaica, credere uerbo Dei nõ po-  
test, quia ex Deo non est, etiam si Episcopus sit ir-  
repræhensibilis & uita & doctrina.

2 Gloriam Dei, quã cœli enarrant, iudicat blas-  
phemiam & stulticiam.

3 Gloria Christiani, est ignominia crucis.

Item

Item .i. Verbum Dei est uita eterna, si seruetur.  
Quid ergo nobis cum traditionibus humanis?

2 Quem uos dicitis &c. Vide hic fictam fidem  
distingui a uera. Impij dicunt tantū, & non norunt  
Deum.

3 Abraham fide in Christum saluatus est, Ro. 4.  
& Gen. 15. Vidit, scz fide. Diem meum, id est, re=  
uelationem mei. Huius ergo sinu, seruantur cre=  
dentes,

4 Ego sum &c. Hic locus, aperte testatur diui=  
nitatem Christi.

5 Abscondit se &c. Omnia sunt in manu Dei,  
& nihil accidit nobis ante horam nostram, utcuq;  
seuiant aduersarij. Cum autem uenerit hora nostra,  
sciamus esse bonam patris uoluntatem, ut cruce glo=  
rificemur.

FERIA .II. POST Iudica.

Adhuc modicum tempus uobiscū sum &c. Ioan. 7.

1 Adhuc, id est, nondum uenit hora, ut me capi=  
atis. Consolatio, q; ante horam a Deo constitutam  
nihil fiet nobis. Vbi uero uenerit, certi sumus, q; haec  
contingunt nobis, bona patris uoluntate.

2 Hypocrite uiam Christi ignorant. Contra Io=  
an. 14. Viam scitis &c.

3 Euangelion, SI QVIS SITIT, VENIAT ET  
BIBAT. QVI CREDIT &c. Si quis sitit iusticiā.

C V si quis

si quis non inuenit in se iusticiam &c. Consolatio  
maxima peccatoribus .

FERIA .III. POST Iudica .

Ambulabat Iesus in Galilea &c. Ioan. 7 .

1 Fuga Christi, ne temere nos committamus &  
obijāamus morti, dum non opus est, ne cadamus .  
Ceterum, uocatio dabit occasionem, quando ueniet  
hora nostra .

2 Fratres, sunt consanguinei & aues eius . Io=  
annis .1 . Sui cum non receperunt .

3 Vides hic, nullam carnis prerogatiuam .

4 Tempus meum &c. Vos uultis glorificari in  
carne mea, & mundi queritis gloria, ad quod sem=  
per tempus habetis in mundo, Ego non possum ante  
crucem glorificari .

5 Quidā dicebant zc. Natura Euangelij ista parit .

FERIA .IIII. POST Iudica .

Facta sunt Encœnia &c. Ioan. 10 .

1 Encœnia, dedicatio, ex institutione Machabe=  
orum, non ex lege .

2 Loquor &c. Verbo meo non creditis, quia  
non ueni terrenus rex, qualem Messiam sperabatis .

3 Deus testificatur per opera de Christo, & ad=  
huc testificatur in corde Roma, 8 .

4 Euangelion, OVES MEAE VOCEM ME=  
AM AVDIVNT, Io .6 . Singula uerba, sunt tra=  
ctatu digna .

5 Conso

5 Cosolatio maxima. Oues Christi perire non possunt.

6 Locus de diuinitate Christi.

FERIA .V. POST Iudica.

Cum audissent quidam de turba &c. Ioann. 7.

1 Natura Euangelij, facit dissentionem. Num a Galilea &c. Hic etiam scriptura produatur contra Christum, tanta obstant ne credatur.

2 Nunq̄ sic &c. Tam potens est Dei uerbū & efficax, ut etiam increduli fulgore huius lucis terreamur. Sicut & hodie (Christo gratia) uidemus.

3 Nunquid ex principibus &c. Testimonium sibi suae reddunt excoecationis. Sua enim sapientia perierunt, dum uulgus, stultum iudicant.

4 Nicodemus, testimonio est contra illos, etiam ex principibus quosdam credidisse, Ioan. 3. & .12.

FERIA .VI. POST Iudica.

Collegerunt pontifices &c. Ioan. xi.

1 Hoc consiliū quoq; hodie est in conalio congregatis. Timemus perdere populum, honorem, pecuniam, Si sic predicabitur Euangelion, omnes credent.

2 Prophetia Caiphæ.

3 Iam destinata est malicia in mortem Christi, audito Caipha, q, iam penitus occuparit corda eorum Satan, Sicut de Iuda legis.

4 Non

4 Non palam &c. Noluit se obijcere mortē ante horam, ut supra.

SABBATO POST Iudica.

Pater uenit hora &c. Ioan. 17.

1 Venit hora, scz, ut glorificer per mortem, & redimam, quos mihi dedisti.

2 Clarifica, scz, resurrectione. Clarificet predicatione per orbem.

3 Euangelion, HAEC EST VITA AETERNA. Quid ergo alia cognitione opus est?

4 Priusq̄ mundus fieret &c. Ad praedestinationem pertinet. Sic & nos, Ephe. 1.

5 Manifestaui &c. Exponit quod dixerat, Clarificaui te &c.

6 Christiani non sunt mundus, Sed tamen sunt in mundo, id est, periculo. Ergo opus habemus pontifice Christo, qui intercedat apud patrem, Sicut hic facit.

7 Sanctifica eos, id est, ut tuos, Segrega eos tibi. IN VERITATE, id est, uerbo tuo.

8 Non pro eis tantū rogo &c. De nobis praedixit & orauit patrem.

9 VT OMNES VNVM SINT &c. Gratia Euangelica haec est, quam mundus capere non potest. Est enim opus spiritus Dei, haec unitas.

Euangelion DOMI. PALMARVM require supra in Auentu. In die

IN DIE PASCHAE.

Euangelion Marci ultimo.

Maria Magdalena & c.

1 Hic de fructu resurrectionis dicendum est, q  
Christi resurrectio, sit nostri iustificatio .i. Cor.  
15. Ro. 4. & .6.

2 Quod, quia surrexisset Dominum uidemus,  
& nostra fides confirmatur. O mors, ero mors  
tua & c.

3 Hec ratio humana non credit, ideo eunt emp-  
tum aromata, unctura corpus & c.

4 Omnia fiunt a mulieribus humano more, &  
ideo exprobrat eis incredulitatem.

SECUNDA FERIA PASCHAE.

Euangelion Lucae ultimo.

Duo ex illis ibant & c.

1 Sic sumus omnes affecti, ut isti duo discipuli,  
si nobis relinquimur, dum in malum praesens respici-  
mus, non in Dei uerbum, quae est diffidentia. O stul-  
ti & tardi corde ad credendum, in omnibus quae & c.

2 Reuocati ad uerbum, ardemus quidem & ac-  
cendimur interpretatione, Sed tum primum cogno-  
scimus Christum, cum frangit nobis panem sui uer-  
bi, id est, singulorum cordibus ipse doctor apponit,

3 Verbum Dei accendit cor fide, Fides producat  
charitatem, quae cogens etiam dicat, Mane nobiscum  
Domine & c.

Tertia

TERTIA FERIA PASCHAE.

Euangelion Luca. 24.

Stetit Iesus in medio discipulorum &c.

1 PAX VOBIS. EGO SVM. NOLITE TIMERE. Hic est fructus passionis & resurrectionis Christi, Pax nostra, cognitio Christi, fiducia &c.

2 Nemo desperet q non satis fidat Christus dicit, Nolite ti. &c. Ipsi uero contra turbantur &c.

3 Hanc infirmitatem, ut alia, fert in suis Christus, & releuat uerbo & signis, Sicut adhuc Euangelio & sacramentis.

Item, Scriptura testatur de Christo morituro & resurrecturo. Fructum uero, predicationem spiritualis uitae, & remissionis peccatorum in omnes gentes per nomen ipsius, & per nihil aliud.

QUARTA FERIA PASCHAE.

Euangelion Ioan. 21.

Manifestauit se iterum IESVS &c.

1 Labore & sudore uultus uult nos uiuere Dominus. Icarco talibus apparet, non Phariseis in templo.

2 Officijs charitatis uult cognosca Dominus. 2. Pet. 1. Satagite &c. Viuentibus sibi, absconditur &c.

ALLEGORIA.

1 Nocte, nihil prenditur Christo, id est, predicatione legis & operu. Ro. 13. Nox proaessit &c.

2 Mane



2 Mane, id est, cum coeperint corda nostra spiritu reuelari. Apparet quidem, sed uerbo cognoscatur esse Dominus & triumphator legis, peccati, mortis & inferorum.

3 Eadem est fides sanctorum, non eadem opera. Omnes enim ueniunt ad Christum, sed alius pedes, alius nauigio &c.

4 Attende, q, omnes per tribulationes ueniunt, quae aquae dicuntur in scripturis. Psal. 68. Quoniam intrauerunt aquae usq; ad animam meam.

#### IN OCTAVA PASCHAE.

Euangelion Ioan. 20.

Cum sero esset factum &c.

1 Defectus fidei in discipulis. Metuunt (ut omnes, quotquot non sunt spiritu confirmati) & praeterea Thomas non credit.

2 Sine manifestis signis non credunt. Sed beati qui non uiderunt, & soli uerbo crediderunt.

3 Signa nobis unde ipse cognoscatur, ostendit in tribulatione & cruce. Tunc discas Christum.

Itē .i. Pax nostra, est fructus resurrectionis Christi.

2 Sicut Christus missus est, ita & nos mittimur. Nemo ergo speret sine cruce glorificari.

3 Potestatem ligandi & soluendi, habent uere Christiani, id est, in quibus est Christi spiritus.

Haec autem scripta sunt &c. Hic uides, quae scripsit

scripsit Ioannes, satis esse ad fidem, Et ubi fides sit, illic esse uitam per nomen Christi. Vana est ergo omnis doctrina, quæ non est Euangelica.

DOMI. MISERICORDIA Domini.

Euangelion Ioannis .10.

Ego sum pastor bonus &c.

1 Christus solus pastor est. Pascat autem uerbo sicut dicit Petro, ut credant, & uiuant. Alia sunt uenenum.

2 Christus solitatus excubat pro ouibus suis. Consolatio magna, de qua loquuntur propheta.

3 Christus ut solus pastor est, ita solus nouit qui sunt sui, quem oues in uerbo cognoscunt.

4 Vna quidem uox est, id est, uerbum Christi, sed diuer sa uocatio, Vocat enim nominatim, hunc sic, alium aliter.

5 Traditiones humanas hic pastor non nouit, cuius regnum non est de hoc mundo.

6 Qui sua quæerunt in tentatione non persistent, dum frustrantur eo, quod quæsierant.

DOMINICA IUBILATE.

Euangelion Ioan. 16.

Modicum & iam non uidebitis me &c.

1 Fides uera tentatione probatur, Tunc enim uidetur Christus abesse.

2 Amarior

2 Amarior fit tentatio, q̄ Deus aduersarijs uide-  
tur fauere. Mundus gaudebit & c.

3 Consolatio ex uerbo. Fideiū tristitia tempo-  
raria est, letitia eterna, Infidelium gaudium tempo-  
rarium est, tristitia eterna.

4 In omni tentatione & aduersis, solemur nos  
hac similitudine, Mulier cum parit, tristitiam habet.

### DOMINICA CANTATE.

Euangelion Ioan. 16.

Vado ad eum qui misit me & c.

1 Christi regnum est spirituale, non externa ad-  
ministratio, Ergo fiduciam carnis aufert, ut spiritu  
possit regnare in cordibus credentium.

2 Caro uult sine cruce glorificari.

3 Spiritus sanctus arguet mundum, id est, omnia  
nostramortificat & damnat, peccatū, iusticiam, iu-  
diciū & c.

4 Ergo sine spiritu, nobis nostra placent, &  
manemus in damnatione, quacunq; sanctitate & sa-  
pientia uideamur aliquid esse.

5 Spiritus docet omnia quæ scire oportet, profe-  
cto non alia, q̄ quæ Christus docuit. Docuit Chri-  
stus, sed uerbum sine spiritu non intelligitur Supra,  
Suggeret & c.

D

De

De peccato, quia non credit &c. Ergo sola incredulitas uere peccatum est. Reliqua sunt huius radiis fructus.

De iustitia, quia ad patrem uado &c. Regnum non externum auspiciaturus. Et iam non uidebitis me &c. Quia regnum meum non est de hoc mundo, ut confundatur totus mundus per spiritum, q̄ ponit iusticiam in externis.

De iudicio &c. Quod mundus non iudicat & condemnat, sed probat Satanam iam iudicatum, id est, cuius regnum iam iudicatum est, errore detecto.

#### DOMINICA VOCEM Ioanditatis.

Euangelion Ioan. 16.

Si quid petieritis patrem &c.

1 Promissio. Non solum promittit, sed & iurat nos exaudiendos, Sed per se mediatorē sacerdotem.

2 Petendum autem hoc, Ut habeamus pacem per fidem, Roma. 5. Quod est gaudium plœnum.

3 Hec in prouerbis &c. Hactenus meum uerbū non potuistis aperire, omnia uidebantur uobis esse prouerbia, & obscura quedam. Venit tempus, scilicet, cum dederō spiritum, quando per spiritū meum palam loquar, id est, aperte in cordibus uestris ea, que patris mei sunt.

Summa. Sine spiritu, non intelligitur uerbum.

In illo

In illo die, scz, accepto spiritu.  
Ecce nunc palā loqueris &c. Præsumptio est,  
non intelligentia.

### IN DIE ASCENSIONIS.

Euangelion Marā ultimo.

Disambentibus undecim &c.

Euangelion hoc exponunt contra Euangelij hi-  
storiam, in quo quidam offensi, putant quedam hic  
nō scripta à Marco, Sed error est & indiligentia.  
Marcus scribit summam illorum, quæ gesta sunt à  
resurrectione, usq; ad inuulgatum mundo Euange-  
lion.

Novissime, non in die Ascensionis, sed in uespe-  
ra diei Resurrectionis, post apparitionē in Emaus,  
Luca .24. & Ioan. 20.

Et dixit eis, scz alio die, in monte Galilee.  
Euntes in mundum &c. Matth. ultimo.

Et Dominus quidem Iesus, postq̄ loquutus est eis,  
scz, per quadraginta dies, Act. 1.

Illi aut̄ profecti, scz, post acceptū spiritum &c.  
1 Fidei tarditas, & imperfectio in sanctis, est no-  
bis magno solatio.

2 Prædicate Euangelion, non aliud. Omni crea-  
tura, non solum Iudeis, sed & Gentibus, principi-  
bus &c. Ut nusq̄ sit locus, ubi non audiatur Euange-  
lion glorie Dei.

D ij 3 Euang

3 Euangelion audire uanū est, nisi credas. Oportet omnes esse Theodidactos.

4 Ad infidelitatem relaberis, nisi iugiter baptizeris igni & spiritu sancto usq; ad nouissimum diem &c.

5 Signa infidelibus data sunt, ut per hæc ostenderetur mundo, hoc esse uerbum Dei quod prædicabatur. Domino (inquit) cooperante &c.

6 Signa facta sunt, & iam beatificamus Dei Apostolos, Ergo non opus est signis, ut sciamus eorum uerbum esse Dei.

7 Sed audimus, Habent Mosen & prophetas, habent Christum & Apostolos, illos audiant.

8 In spiritu tamen hæc omnia signa fiunt, usq; ad consummationem mundi. Euangelio eijatur princeps tenebrarum cum suis serpentibus, Genesis. 3. Noua confessio auditur à conuersis. Et si quid infidelitatis nobis inaderit, protinus uerbo fugabitur, ut discamus nō fidere nobis. Et præterea credentes aliorū infirmitatibus, & compatiuntur & medebuntur. Fierent autem & hodie eadem signa, quæ per Apostolos fiebant, si opus esset &c.

9 Christus uisibilem speciem hinc abstulit (sic enim expediebat) ut doceret regnum suum non esse in elementis mundi huius. Coloß. 3. Si consurrexistis cum Christo &c. Ut scz, regnaret in cordibus creden-

credentium, & sacerdos esset in aeternum apud patrem pro nobis.

DOMINICA EXAUDI.

Euangelion Ioan. 15.

Cum uenerit paracletus & c.

- 1 Spiritus ueritatis dicitur, quia ueraces nos facit, sine quo omnis homo mendax est. Quid ergo liberum arbitrium & doctrinae humanae? Spiritu Dei inspirati locuti sunt prophetae & apostoli. z. Pe. 1.
- 2 Ille testimonium & c. Roma. 8. Spiritus testimonium reddit. Spiritus intus, uos uerbo foris.
- 3 De scandalo crucis & stulticiae Christianae. 1. Corinth. 1.

IN DIE PENTECOSTES.

Euangelion Ioan. 14.

Si quis diligit me & c.

- 1 Si quis diligit & c. In hoc uerbo te contemplare num credas. Dilectio & fides non separantur.
- 2 Veniemus & c. Templum Dei sunt credentes, uncti spiritu, Psal. 44. & 1. Ioan. 2.
- 3 Sermo Christi non est carnalis, sed potentia Dei, Roma. 1.
- 4 Paracletus docet omnia, non foris audita praedicatione, quae est tantum ministra spiritus.
- 5 Hinc somniant nostri, quod Spiritus reuelat multa alia Ecclesiae, praeter Euangelion Christi. Quae

D iij      auct;

cunq; (inquit) dixi uobis, non alia.

6 Pacem, quæ est nobis in Christo per fidem iustificatis, & mundus & princeps mundi impugnat.

VT CVM FACTVM FVERIT CREDATIS.

Cum abiero ingruet uobis tentatio & persecutio.

Tunc hæc uerba sint uobis solatio. *Questio Augustini nihil est in hoc loco.*

FERIA .II. PENTECOSTES.

Euangelion Ioan. 3.

Sic Deus dilexit mundum & c.

1 Dilexit nos in dilecto filio suo, ante mundi constitutionem, Ephe. 1. Ergo sicut Christus perire non potest, ita neq; nos, modo p fidem simus in Christo. Roma. 8. Qui proprio filio suo & c.

2 Non misit & c. scz nunc. Nam post non dicitur mitti, sed uenire ad iudicium, sicut ubiq; legis.

3 Caro iudicium Dei ignorat, sicut & iusticiam Dei. Non uidet incredulos iamiam esse damnatos.

4 Hoc est iudicium & c. Vide hinc, quid sit Ioan. 16. Spiritus arguet mundum de iudicio.

5 Vide hic, opera bona esse fructum lucis, id est, fidei, Mala tenebrarum, id est, infidelitatis & hypocrisis.

FERIA .III. PENTECOSTES.

Euangelion Ioan. 10.

Qui non intrat per ostium & c.

I Solus



1 Solus Christus pastor, ostium, ostiarius, habet uerbum uitæ, reuelat patrem.

2 Alij qui ueniunt, id est, qui non intrant per ostium, non habentes uerbum uitæ, fures sunt & latrones, quærentes sua, docentes iusticiam humanam & mandata hominum.

3 Oues Christi, solius Christi uocem agnoscunt & sequuntur.

4 Nouit Deus, qui sunt eius. Non est Ecclesia que gloriam mundi sequitur, & in mundo magnificatur.

5 Vocat nominatim, id est, alios sic, alios aliter.

#### FERIA .IIII. PENTECOSTES.

Euangelion Ioan. 6.

Nemo uenit ad me & c.

1 Non cognoscatur Christus nisi patre trahente, id est, intus docente. Mat. 16. Caro & sanguis & c.

2 Christus est lignum uitæ, a quo prohibitus est Adam. Est sapientia Dei. Prouerb. 3. Preciosior est & c.

3 Manna uetus, id est, iusticiæ legis, non uiuificabat. Christus creditus uiuificat in æternum.

#### DOMINICA TRINITATIS.

Euangelion Ioan. 3.

Erat homo ex phariseis & c.

D iiii

Egregium

Egregium hic est exemplum sapientiae rationis  
& stultitiae Christi, siue iustitiae spiritus.

1 Vir sapiens & inculpatus arguitur, q̄ quae Dei  
sunt ignorat, qui nihil minus sperauerat.

2 Iustitiam legis putat aliquid esse. Christus do-  
cet, iustitiam esse regenerationem, id est, carne mor-  
tificari & c.

3 Quomodo potest & c. Ratio humana compre-  
hendere non potest iustitiam Dei, stultitiam iudicat.

4 Quod natū est & c. Hic omnia nostra quanti  
quanti sumus, damnantur.

5 Sic est omnis & c. Ergo occulti sunt spiritua-  
les, & à carne non agnoscuntur. Quid ergo nobis  
cum pompa ecclesiastica?

6 Nemo ascendit & c. Non ergo tuo arbitrio aut  
uiribus ascendes, sed in eo solo qui solus ascendit & c.

## IN DIE CORPORIS CHRISTI.

Euangelion Ioan. 6.

Caro mea uere est abus & c.

1 Satis ex textu constat, haec de sacramento pa-  
nis ac uini non dici, sed de fide. Qui credit Christi  
carnem & sanguinem pro se traditū, is edit & bi-  
bit in spiritu sine cessatione, quia nunq̄ cessat crede-  
re. Hoc modo indigne nunq̄ editur et bibitur Chri-  
stus. Imo non potest aliter edi & bibi nisi digne, id  
est,

est, per gratiam & uitam eternam. Sacramentum  
multi indigne edunt. I. Corinth. II.

2 In me manet & c. Exponit quid sit edere &  
bibere. Ego sum (inquit) uita eius, sicut pater mea  
uita est.

3 De differentia manæ & huius panis, uide su-  
pra feria. 4. Pentecostes.

DOMINICA .I. POST Trinitatis.

Euangelion, Lucae, 16.

Homo quidam erat diues & c.

1 Collatio hypocritice sanctitatis, quæ ferè om-  
nia hodie possidet, & præterea à mundo magnifi-  
catur quasi cælo proxima, & Christianæ crucis,  
quæ toti mûdo scandalo est & contemnitur. Illa sua  
querit, suis gaudet, nulli succurrit. Hæc omnia fer-  
re cogitur, ante fores iacet, nulla misericordia sub-  
leuatur, nisi q, qui in mundo pressuram, in Deo pa-  
cem habent. Hypocrita, iustus iudicatur. Christia-  
nus, hæreticus & blasphemus. Sed esurientes im-  
pleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Præter hanc parabolam nihil est in scripturis,  
quod obstet dormitioni post hanc uitam usq; in di-  
em nouissimum. Et, cum non oporteat parabolam  
scripturis manifestis opponere, etiam si non putem  
meram esse parabolam, quæ historiã sapit. Ego hic

D V

sentio

sentio cum Doct. Martino, qui in hoc Euangelion  
scripsit, Videntur hæc omnia in morte contingere,  
quando primum uident fatua uirgines, sapientes  
habere oleum &c. Ego omnino simile puto. Qui  
enim Mosen & prophetas contempsit in uita, in  
morte per desperationem qua iam in inferno sepul-  
tus est, suscipere non potest &c.

AVDIANT MOSEN ET PROPHETAS.

DOMINICA .II. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae .19.

Homo quidam fecit cœnam magnam &c.

1 Ad gratiam Euangelicam uocantur multi præ-  
dicatione uerbi, Venirent quidem multi, sed timent  
suis commodis.

2 Villam aut iuga bouum emere & uxorem duce-  
re non sunt peccata, sed propter hæc nolle uenire  
ad cœnam &c.

3 Hi non dicuntur rapere aliena, sed emere sua,  
non scortari, & adulterari, sed ducere uxorem. In  
speiẽm auiles sunt & optimi uiri, sed sine timore  
Dei, & fide.

Iudei qui uidebantur legis obseruatores, primũ  
inuitati sunt. Deinde qui in iudea erant publicani,  
meretrices & peccatores ueniunt. Tertio Gentes  
perditissimi peccatores extra iudeam.

Dominica

*In penẽ in de  
vrb̄ w̄digen  
sch̄y ne*

DOMINICA .III. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae.14.

Erant appropinquantes &c.

1 Fides peccatorum, id est, qui se agnoscent.  
Murmur phariseorum, id est, qui sibi iusti sunt.  
Euangelij natura.

2 Charitas Dei cōmendatur, in Christo nos pec-  
catores reducentis.

3 Iustitia per solum Christum est. Ouis se redu-  
cere non potest. Drachma se redimere non potest.  
Contra liberum arbitrium.

DOMINICA .IIII. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae.6.

Estote misericordes &c.

1 Credentibus misericordiam mandat, id est, nō  
iudicare, non condemnare, donare peccata & in-  
iuriam.

2 Sic nomine fratrum reddit nobis Deus sicut fa-  
cimus fratribus. Simile alibi, Reāpient uos in eter-  
na tabernacula.

3 Iudicium hominum contra fratres, non solum  
esse iniquum, sed etiam impium & meram hypo-  
crisim.

Dominica

DOMINICA .V. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae .5.

Cum turbae irruerent &c.

1. Piscatur Christus uerbo. Tales & efficiat piscatores discipulos.
2. Duæ naues sunt, Altera Iudeorum, in quam ipse Christus ascendit, minister circumcisionis factus. Altera Gentium, cui innuitur ut priori accedens adiuuet, ut impleantur ambe.
3. Tota nocte frustra doctur in tenebris per doctrinas legis, per traditiones humanas &c. tantum ad uexandas conscientias. Sine uerbo Christi, quod lux est, nihil capitur. In uerbo inquit tuo laxabo rethē. Prædicare uis, necesse est ut habeas uerbum Christi, & à Christo mittaris.
4. Curat Christus etiam pro uentre suorum &c.

DOMINICA .VI. POST Trinitatis.

Euangelion Matth. 5.

Nisi abundauerit iusticia uestra &c.

1. Iusticiam Dei esse per fidem, hoc est cordis iusticia. Externa iusticia quantumcumq; speciosa, pharisæica est.
2. Arborem bonam uult Dominus, sine qua fructus boni non sunt.

3. Iusticia

3 Iusticia pharisaica est, Non occidere manu, licet irascaris interim corde. Iusticia Christianorum, ne irasci quidem. Hic semper necesse est ut postulemus veniam a Deo, agnoscentes nos peccatores, Id quod ad hanc iusticiam pertinet.

4 Sine reconciliacione fratris, nihil acceptum Deo. Et uel hinc discant nostri, quae sint opera bona quae Deus magnificat.

DOMI. VII. POST Trinitatis.

Euangelion Marci. 8.

Cum turba plurima &c.

1 Miserior &c. Repetendum ex Matth. 6. Sat pater uester q̄ his indigetis. Locus contra tentationem de uictu.

2 Unde &c. Diffidentia sanctorum quam legimus, nos solatur, ne desperemus propter imbecillitatem fidei.

3 Hodie nos pasat, si recte intuemur, contra omnem rationis comprehensionem. Non deseret te Deus forte duos dies uicturum, qui te triginta annis abunde pauit &c.

4 Omnis creatura Dei bona est, si cum gratiarum actione sumatur, sanctificatur enim &c. 1. Timo. 4.

DOMI. VIII. POST Trinitatis.

Euangelion Matth. 7.

Attendite a falsis prophetis &c.

Doctrinae

Doctrina demoniorū, in hypocrisi loquentium  
mendacium. 1. Timot. 4. Speciem habentes pietatis,  
uirtutem eius abnegantes. 2. Timo. 3. Confitentur se  
nosse deum, factis autē, quibus tribuunt iusticiam, ne-  
gant, Titum. 1. Magistri mendaces, qui introducunt  
sectas perditionis. 2. Pet. 2. Sed nihil opertū quod  
non reuelabitur, Mat. 10. Insipientia eorum mani-  
festa erit oībus. 2. Timo. 3. Nihil est quod hæc ex-  
ponant de crassis pētis. Hodie fructus uidemus, deo  
aperiente nobis oculos. De his dicit, Qui ueniūt ad  
uos in uesti &c. & dicant, domine domine &c.

DOMI. IX. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae .16.

Homo quidam erat diues &c.

1 Hæc parabola non docet fraudem. Nam Chri-  
stus eum uocat uillicum iniquitatis, & connumerat  
eum inter filios huius sæculi. Prudentia laudatur  
non fraus.

2 Prudentia spiritus bona terrena dispensat egen-  
tibus, quorum uicē Christus recipit dispensatores  
in æterna tabernacula, qui dicit, Quod uni ex &c.

3 Talia caro & hypocrisis facere nō potest, quia  
filij huius sæculi sua tantū quærunt, etiā dum max-  
ime benefacere uidentur in generatione sua, id est,  
secundum carnem.

4 Regenitis ergo dicit, Facite uobis &c. Ne hic  
iusticiā



iusticiarij merita querant, & iusticiam in operibus.  
Faate, inquit, amicos. Hæc non sunt opera aut ob-  
lationes Papisticae &c. Nisi amicos uelis intelligere  
diuites Canonicos & Monachos &c.

DOMI. X. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae. 19.

Cum appropinquaret &c. Fleuit.

1. Hoc Euāgelion docet nos fidem & charitatem,  
& admonet fidem, in eo, q̄ præscribit nobis Chri-  
stum qualis sit. Vide Zachariae. 9.
2. Christus suæ laudis oblitus, quæ offerebatur se-  
denti super asinū, flet mala uentura populo. Cha-  
ritas.
3. Tempus uisitationis suæ nō cognoscant, qui iam  
prædicato Euangelio non suscipiunt Christum, hinc  
pereunt. Admonitio hæc est.
4. Et hodie quid aliud est Ecclesia, quam domus  
negociationis, omnia uendūtur, etiam ipsa remissio  
peccatorum. Ve nobis.

DOMI. XI. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae. 18.

Ascendebant in templum duo homines &c.

1. Lucas sua præfatuncula declarat parabolam.
2. In phariseo uides exemplū illorum, qui fidem  
non habent, & suis operibus se iudicant sanctissi-  
mos.

3 Publicanus

3 Publicanus sine omni merito per solam fidem  
(qua soli Deo tribuit iusticiam, & non diffidit de  
pictate benigni patris) iustificatur.

4 Vnde parabola ostendit, nos sola fide iustifica-  
ri absq; omnibus operibus & meritis.

DOMI. XII. POST Trinitatis.

Exiens Iesus & c. Marc. 7.

1 Fides aliena offert demoniacum Christo, ut &  
ipse expulso demone possit credere.

2 Sic fides aliena mihi subuenit, ut propriam det  
mihi Christus fidem. Sic pro Turcis oramus.

3 Fide iustificatus audit uerbum, & ore confite-  
tur Christum. Fructus noui, noui hominis.

4 Praecipit & c. Declarat se non suam gloriam  
querere.

DOMI. XIII. POST Trinitatis.

Beati oculi & c. Luc. 10.

1 Videbant discipuli & audiebant carne, & men-  
te intelligebant. Vtrumq; non est datum ueteribus  
sanctis, qui etiam in carne & uidere & audire au-  
piebant id quod spiritu praeuidebant. Pharisei ue-  
ro uidentes & audientes non intelligebant, Esa. 6.

2 Quid faciendo & c. Populus legis de operi-  
bus interrogat. Lex dilectionem cordis requirit.

3 Diliges & c. Haec lex nos omnes damnat & c.

4 Proximus est, cuiusq; egenti potes benefacere.

Si quid

*Chro. A. uidere  
par. qd. p. d. a.  
Chro. uidere  
—*

Si quid supererogaueris &c. Stulti hinc confirmant humanas traditiones, sed frustra. Duo denarij sunt quos supra dixit, Vinū & Oleū, id est, Lex & Euangelion. Quid enim aliud pro cura aegroti cōmitteret famulo, q̄ quibus ipse usus fuerat? Aut certe sunt fides & charitas, quæ sola prædicanda sunt. Iam stulti Episcopi supererogare uolunt, qui nondum erogauerunt.

Supererogare, non est præceptis & traditionibus onerare aegrotum. Quid enim stultius? Sed fidele consilium dare, ubi manifestum non habes Dei uerbum, Sicut Paulus fecit. 1. Corinth. 7.

DOMI. XIII. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae 16.

Cum iret Iesus in Ierusalem, transibat &c.

Impie hic confirmant illam coactam confessionem peccatorū, quasi nos Iudæi & sacerdotes (quos nūc uocant) ex leuitis simus. Item iubentur non lepram ostendere, sed mundiāem secundum legem. Item non mundantur coram sacerdotibus, sed dum uadunt ad sacerdotes secundum uerbum Christi. Verbo ergo Christi in uia mundantur, non ostensione, Sicut infra Christus dicit, Fides tua te saluum fecit &c. Item non alij, sed Samaritanus laudatur, qui ad uerū sacerdotem Christum reuertitur, ferens illi

E omnia

omnia accepta. Deprauatores ergo ostendunt se  
uerbi Dei, qui cum non habeant querunt undiq;  
ius suae tyrannidis &c.

z Differentiam hic habes illorum, qui curantur  
uerbo Euangelico. Quidam agnoscunt gratiã, qui-  
dam in operibus legis confidunt, ad Christum non  
reuerſi. Idcirco grauius intus laborant, licet exter-  
num iudicium eos mundos pronunãet.

DOMI. XV. POST Trinitatis.

Euangelion Matth. 6.

Nemo potest duobus dominis seruire &c.

1 Qui uolunt diuites fieri &c. i. Timoth. 4.

z Laborandum est, sed cura & sollicitudo Deo  
relinquenda. Exemplo agricolae, qui postq̃ omnia  
feãt, expectat à Deo fructum & messem. Omnes  
tentamur in hac re.

3 Quoniam uestit & nutrit, quorum ipse crea-  
tor est, Magis nos uestiet & nutriet, quorũ præ-  
terea etiam pater est.

4 Gentes sunt, non Christiani, qui Deo non con-  
fidentes, suam prouidentiam statuunt sibi.

5 Hoc tantũ contendite precibus à Deo, ut sitis p̃  
fidem filij eius, & hæc omnia adijãentur à patre.  
Filiij non prouident sibi, sed pater ipsis. Magna  
promissio.

Dominica

DOMI. XVI. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae. 7.

Ibat IESVS in ciuitatem Naim &c.

1 Charitas sui obliuifatur, & miseras sentit proximi. Ita hic Christus uiduam hanc sibi induit.

2 ALLEGORIA. Concupiscentia ex Adam nos continue fert in sepulchrū, tenens usq; in morte. Hic nullum remediū est nisi misericordia Christi, Huius tactu in corde cessat impetus ille, Huius uoce, id est, uerbi prædicatione, quod efficaciter tangit cor, mortui reuiuifamus in eius gloriam.

DOMI. XVII. POST Trinitatis.

Euangelion Lucae. 14.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam &c.

1 Bene sentit hydropicus de Christo, Ecce fidem. Christus miseretur, Ecce charitatem.

2 Opera bona sunt, seruire proximo.

3 Charitas dispensat etiā de manifesta lege Dei. Non sic hypocritæ sentiunt.

4 Sabbatum illud carnis, sabbatum Christianum significabat. Esaia. 58. Heb. 4.

5 Omnes inuitati sumus ad Dei gratiam, sed Pharisæi sedent in primo loco per hypocriticam sanctitatem &c.

B ij

Dominica

DOMI. XVIII. POST Trinitatis.

Euangelion Matth. 22.

Pharisei audientes &c.

- 1 Hæc duo mandata nos damnant, tantum abest ut lex iustificet.
- 2 Solus spiritus ea implet. Ergo quicquid est nostrum, aduersum est legi Dei.
- 3 Si omnia in dilectione consistunt, ergo opera non iustificant, sed sola fides. Fœlix qui habet eam.
- 4 Christus & Deus est & homo, filius & dominus Davidis. Ergo solus inter Deum & hominem mediator est. I. Timoth. 2.

DOMI. XIX. POST Trinitatis.

Euangelion Matth. 9.

Ascendens Iesus in nauiculam &c.

- 1 Aliena fides offert quidem peccatorẽ, sed fides propria mox exigitur. Confide inquit &c.
- 2 Mundus & caro, sua sapientia iudicant contra Euangelion. Non creditur per Christum remissio peccatorum,
- 3 Externa miracula quæ uidentur, internæ sanctionis & remissionis peccatorũ tantum signa sunt.
- 4 Certi sumus per Christũ nos habere remissionem peccatorum. Vnde? Ex promissione, quia uerax est. Et ex potestate, quia Deus est.

Dominica

DOMI. XX. POST Trinitatis.

Euangelion Matth. 22.

Loquebatur Iesus cū discipulis suis in pa. & c.

1 De nuptijs Ephe. 5. Iudei contemptores & occasores, contemnuntur & occiduntur.

2 Tales sunt omnes homines natura, si sibi permittantur.

3 Extra erant Gentes, id est, mere peccatores, hi introducuntur & c.

4 Sed hinc eijatur populus solo nomine Christianus. Non habet uestem nuptialem, qui fidem non habet, qua sola istae nuptiae celebrantur, quam uestem amiserant primi parentes, sua nuditate confusi & c. Fides tegit omne quicquid ex Adam est. Beati quorum remissa sunt iniquita. & c. Psal. 31.

DOMI. XXI. POST Trinitatis.

Euangelion Ioan 4.

Erat quidam regulus & c.

1 Exemplum in quo uides, quo proficiat imperfecta fides, modo non cesset orare.

2 Liberatio à tentatione confirmatio est fidei, ad persistendum in tentationibus futuris.

DOMI. XXII. POST Trinitatis.

Euangelion Matth. 15.

E ij

Simile

*Simile est regnum cœlorum &c.*

**S V M M A.** Per misericordiam Dei dimittit  
omnia peccata quantumcumq; graua. Nihil uero  
dimittit ei, qui non dimittit fratri. Matth. 6.

**DOMI. XXIII. POST Trinitatis.**

*Euangelion Matth. 22.*

*Abeuntes pharisæi &c.*

**1** Caro semper querit libertatem carnalem. Sic  
isti expectabant, ut Messia manu à Romano iugo  
eriperentur, Sicut nostri gaudent se carnaliter li-  
berari à pontificibus.

**2** De potestate gladij. Cui honorẽ, honorem &c.  
Sed tamen sic, ut quæ dei sunt deo. Sic etiam Ro. 13.  
Maliciam hic uides sapientiæ humanæ, quales sunt  
omnes homines sibi relictæ, qui spiritum fidei non  
habent &c.

**DOMI. XXIII. POST Trinitatis.**

*Euangelion Matth. 9.*

*Loquente Iesu ad turbas &c.*

**1** Christus uenit ut mortem tollat.

**2** Opus Christi rident tibianes, id est, sapientiæ  
& iusticiæ mundi.

**3** Praeconium fidei, in muliercula tangente fim-  
briam Christi. Vide Mar. 5. Magistri misere  
hanc



*hanc afflixerunt, sed semper deterius habuit.*

ALLEGORIA.

*Christus it resusataturus Synagogam, & interuenit populus gentium. Ad hoc est copiosa scriptura in Paulo & prophetis.*

DOMI. XXV. POST Trinitatis.

*Euangelion Ioan. 6.*

*Cum subleuasset Iesus oculos &c.*

*Quere supra in Dominica Latere.*

IN DEDICATIONE TEMPLI.

*Euangelion Lucae. 19.*

*Ingressus Iesus perambulabat Hiericho &c.*

1 *Etiam camelum, id est, diuitem intrare per foramen acus, sed per Christum resipiscentem.*

2 *Resipiscat, qui uocem Domini uenientis audit & suscipit.*

3 *Huic mundus aduersatur, imprimis hypocritarum sanctitas.*

4 *Ecce dimidium bonorum meorum &c. Fructus resipiscentiae. Noua uita.*

5 *Filios esse Abrahae, quot quot credentes Christum suscipiunt. Ex Paulo &c.*

*Statura pusillus est, qui in se non inuenit, quo Christum uideat.*

Nihil

Nihil hic de Papistica Dedicatone habes, Nisi ex  
lignis & lapidibus, filios Abrahæ facere uelis.

SEQUUNTUR EVANGELIA IN  
festis Sanctorum.

IN FESTO ANDREAE:

Euangelion Matt. 4.

Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ &c.

1 Verbum Christi efficax est spiritu, ut non solum omnia, sed & te relinquant.

2 Verbum humanum uanum est, nisi Christus faciat pisatores, id est, mittat predicatores à se doctos.

IN DIE CONVERSIONIS Pauli.

Euangelion Matth. 19.

Eccæ nos reliquimus omnia &c.

Non solum intelligo de nouissimo iudicio, sed etiam de iudicio spiritus in hac uita, quod cœpit in spiritualibus accepto spiritu, confirmatoq; regno Christi. Non sunt hic carnales sedes fingendæ &c.

Qui abnegat semetipsum (Matt. 10.) hic habet iudicium spiritus, quo diiudicat omnia, & ipse à nemine diiudicatur. 1. Corinth. 2. Habet pacem & gaudium consæntiæ in hac uita. Item, habet uitam æternam.

In festo

## PURIFICATIONIS MARIAE.

Euangelion Lucae .z.

Postq̄ impleti sunt dies purgationis &c.

- 1 Purgatio in lege significauit, fructū carnis esse impurum.
- 2 Pro Aegyptiacis primogenitis occisis, accepit Dominus primogenita populi. Vbi significatum est de Christo, primogenitum fore, qui sit uere sanctus Domino.
- 3 Simeon perhibet testimonium Euangelio.
- 4 Fructus Euangelij sunt pax. Nūc dimittis &c. Et lumen. Quia tenebrae sunt ubi non est Euangelion.

## ANNUNCIATIONIS MARIAE.

Euangelion Lucae 1.

Missus est angelus Gabriel &c.

- 1 Oportuit Christum nasci secundum promissiones ex Dauid, Ideo haec sunt indicata.
- 2 Aue gratia plena &c Habes declarationem in libello Doct. Martini.
- 3 Christi regnum, sedes Dauid patris. Et ut regnum intelligatur, sunt repetendi hic loca prophetarum Esa. 9. & Hier. 23. Saluabitur Iuda. Habituabit confidenter, id est, per Christum securi sumus, quanq̄ simus adhuc peccatores.
- 4 Omnia propagata carnali conceptione, sunt  
F impura

*impura, Ideo Christus ex uirgine natus est.*

PHILIPPI ET IACOBI.

*Non turbetur cor uestrū &c. Ioan. 14.*

**I** *Consolatio contra scandalum cruas &c.*

*Et in me credite, scz, quamuis cruafigar.*

*In domo patris &c. Quia multi apud patrem  
prædestinati sunt ab æterno, qui tamen sine me glo=  
rificari non possunt. Ergo sunt quidem mansiones.  
Sed si quo minus, id est, quatenus non sunt paratæ,  
dixeram uel dixi sæpe ante, q̄ uado morte mea pa=  
rare uobis locum.*

SUMMA. *Sine meritis Christi neminem glo=  
rificari.*

*Viam scitis, quia in me creditis.*

*Nescimus &c. Credebant Apostoli, non tamen  
capiebant Christum per mortem esse glorificandū.  
Imperfecta fides in Apostolis nobis solatio est, mo=  
do in fundamento Christo perstemus.*

*Crassa fides in philippo. Experiri uult.  
Respondet Christus, Si non uerbis tamen operibus  
credite, quod pater in me est &c.*

*Amen &c. Significat se regnaturum in suis, ubi  
apud patrem glorificatus fuerit.*

*Toto Euangelio fidem exigit Christus à suis.*

CHRISTVS VIA, VERITAS, VITA.

*Nemo uenit ad patrem nisi per me &c.*

IN FESTO IOANNIS Baptistae.

Elizabeth impletum est tempus &c. Luc. i.

1 Lex & prophetae, praedixerunt gratiam orbi uenturam, usq; ad Ioannem.

2 Icarco hic oia festiue praeluduntur. Gaudent. Et a gratia dicitur Ioanes. Admirantur omnes &c.

3 Quem infidelitas mutum reddiderat, spiritus sanctus prophetam facit.

Confessio erdentium.

IN FESTO PETRI ET PAULI.

Euangelion Matth. 16.

Venit IESVS in partes Caesareae &c.

1 Caro & sanguis non nouit Christum esse filium Dei uiui. Reuelatione spiritus discitur.

2 Ecclesia uera, aliam fidem & aliud fundamentum non nouit. 1. Corinth. 3.

3 Promissio, q; huic fidei non praeualebunt portae inferorum.

4 De potestate clauium.

IN FESTO VISITATIONIS MARIAE.

Exurgens Maria abiit &c. Lucae. i.

1 Fides non potest esse oiosa, sed per Charitatem reddit proximo, quod accepit per Deum.

2 Miracula spiritus Dei in foeminis.

4 Magnificat. Vide Martinum Lutherum.

F ij

In festo

*1- festo iohannis baptista  
quod uenit  
longe q; scriptum  
q; qm cur q  
sunt. de lo-fo  
luna. q; soluta  
ppte - q; m  
hac pphetia uide  
q; pphetia a om  
Dicitur q; ioh  
m: i fo 30: b*

IN FESTO MARIAE Magdalene.

Rogabat Iesum quidam Phariseus &c. Lu. 7.

1 Signa hic uides ueræ resipiscentiæ, quæ hypocrisis sunt, ubi res non adest.

2 Hypocritæ talibus iusticiam tribuunt. Sed Christus dicit, Fides tua te saluam fecit. Item dilexit multum.

3 Collatio Pharisei & meretricis.

IN FESTO IACOBI.

Euangelion Matth. 20.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi &c.

1 Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, Ro. 8. sua querunt, gloriam mundi &c.

2 Caro sine cruce uult glorificari.

3 Gloria carnis & Dei diuersa sunt.

INVENTIONIS STEPHANI.

Vos estis sal terræ &c. Matth. 5.

1 Non solum Euangelia Doctores, sed & omnium uere Christianorum doctrina & uita, sal terræ & lux mundi est.

2 Sal infatuatus, sunt docentes doctrinas & mandata hominum, & superstiosum Dei cultum sequentes.

3 Lucerna sub modio, Timor humanus, non audens predicare ueritatem quam credit.

4 Lex debet integre & predicari & seruari, id est, secundum radicem cordis.

5 Pharisei

5 Pharisei & sentiunt & docent, peccata operis externi esse contra legem, non peccata cordis, aut saltem minima esse, & nullius reputationis. Propterea in Christi regno sunt minimi, id est, nulli.

### ASSUMPTIONIS MARIAE.

Euangelion Lucae. 10.

Intrauit IESVS in quoddam castellum & c.

1 Maria est populus gratiae. Martha est populus legis siue operum.

2 Martha gloriatur & Mariam condemnat.

5 Christus Mariae partem dicit necessariam, & bonam & aeternam.

Hic de actiua & contemplatiua uita quaedam dixerunt, quae non intellexerunt. Praeterea, quid haec ad uirginis Deiparae assumptionem?

### EXALTATIONIS CRUCIS.

Nunc iudicium est mundi & c. Ioan. 12.

1 Christus sua morte, mortis regnum destruxit.

2 Credendum Euangelio dum licet, post paululum non licebit.

3 Sequitur enim excoecatio horrenda post Euangelion contemptum. Exemplo sint Iudaei. Exemplo sint & nostri.

### IN DECOLLATIONE IOANNIS Bap.

Herodes missis satellitibus & c. Mar. 6.

1 Euāgelion hoc continet exemplum crasse & contemptriās impietatis.

2 Herodes sāt se nequiter agere, Et pergit tamen. Sic non est timor Dei in carne.

3 Ratio postea prætexit iusiurandum.

4 Tales sunt omnes homines destituti lucē Dei.

MATTHEI APOSTOLI.

Et præteriens Iesus & c. Matth. 9.

1 Fides Matthei. Caritas Christi.

2 Collatio peccatorum & phariseorum, Et de utrisq; iudiū Christi.

3 Increpatio scribarum, quod ignorent quid sit, MISERICORDIAM VOLO ET NON SACRIFICIVM, Ose. 6.

Tunc seruis Deo, quando seruis proximo, peccatori, ignoranti, egroto, pauperi, & c. Hæc aut̄ ignorant pharisei, quia non sunt opera Papistica ad lucrum & gloriam.

IN DIE MICHAELIS.

Accesserunt ad Iesum & c. Matt. 18.

2 Mundus carnaliter sentit de regno Christi, ideo cultum Dei fingit carnalem & mundanum.

2 Is Christianus est, qui sentit hoc de se, quod Christus Philip. 2.

3 Quod oportet peccatores, infirmos, ignorātes suscipere. De scandalo Roma. 14.

4 Scrip



4 Scriptura testatur Angelos bonos tantum electis seruire, Vt hic & Psal. 90. Angelis suis mandauit de te & c. Item Heb. 1.

DE OMNIBVS SANCTIS. Euangelion Videns Iesus turbas & c. Infra in cōmuni sanctorū.

COMMUNE SANCTORVM.

DE APOSTOLIS.

Euangelion Ioan. 15.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis & c.

1 Post fidem nihil exigitur nisi charitas, Ro. 13.

2 Hec nouum præceptū est, quod affectum cordis requirit, non hypocrisim, non tantum res, sed etiam animas, ut exponamus pro fratribus gratis, exemplo Christi, qui gratis nos elegit, nos se at amicos, pro nobis mortuus est. Hæc una lex omnia nostra mortificat & c.

ALIVD EVANGELION.

Hæc mando uobis & c. Ioan. 16.

1 Insignis consolatio contra odium mundi.

2 Mundus propter uerbum Euangelij non potest nos non odisse, quia pater ei per spiritum non reuelatur.

3 Icaro Euangelion non fuit, quod tanta pompa Ecclesiastica uiguit, nunc sordet & c.

ITEM ALIVD EVANGELION.

Ego sum uitis uera & c. Ioan. 15.

F iiij

1 Clara

x Clara uerba, liberum arbitrium, humanas uires, & reliquam fecem Papisticam nihil esse.

z Sermonem Christi creditū mundificare. Quid ergo traditiones humanae?

DE VNO MARTYRE.

Si quis uult uenire post me & c. Matth. 16.

x Fidei opus, mortificatio nostri, donec omnia quae Adæ sunt intereant, & perficiatur regeneratio.

ALIVD Euangelion Ioan. 12.

Nisi granum frumenti & c.

x Similitudo à seminibus in terram iactis, quae non faciunt fructum, nisi intereant secundum omne quod sunt.

z Christus se non glorificandum dicit nisi morte, docens crucem & morte nos glorificari, non solū post hanc uitam, sed etiam fructum facere in hac uita nostri mortificatione.

3 Animæ nomine, significat omne id quod sumus. Oportet omnia nostramortificari, ut regeneremur & uiuamus in Deo. Abneget, inquit, non hoc uel illud, sed semetipsum.

4 Discipulus Christi, magistrum crucem sequatur, ut ueniat ad gloriam, ad quam Christus per crucem uenit, quae non mundi gloria est quam hypocritae sequuntur, sed patris.

5 Paup

§ Pauperes Euangelizantur. Fideles in scripturis pauperes dicuntur. Quis enim magis pauper, quam qui contendit ut abneget semetipsum, Id quod spiritus fidei effiat? Christi populus coram mundo est maledictus, sed coram Deo gloriosus.

Hæc promissa, crucem reddunt tolerabiliorem ijs, qui non in præsentia, sed in futura per fidem prospiciunt. 2. Corinth. 4.

#### DE PLVRIBVS MARTYRIBVS.

Videns Iesus turbas &c Matth. 5.

1 Vides hic beatitudinem longe aliud esse, quam mundus somniat. Hæc est stultiæ prædicationis, per quam placuit Deo saluos facere credentes. 1. Corinth. 1.

2 Christiani hæc omnia habent. Atque hæc beatitudinum prædicationis, magnæ nobis est consolationi. Non enim prædicantur magna merita habentes, sed qui nihil meritorum, nihil iustitiæ, nihil unde gloriemur in se inueniunt, beati prædicantur. Sunt enim Christiani, pauperes spiritu, sitientes iustitiæ, Mites, id est, omnibus cedentes, & se inferiores iudicantes, lugentes. Quos sequuntur fructus, ut sint misericordes, mundo corde, pacifici, Et propterea coram mundo maledicti.

ALIVD. Descendens Iesus de monte. Lu. 6.

Concordia cum superiori Euangelio. Christus sanat turbas, Matth. 4. in fine, Id quod Lucas scribit in

bit in loco campestri factum. Quod autem sequitur in Luca, Et eleuatis &c. Factum narratur, non locus. Necesse est enim, ut intelligas Dominum post sanationem infirmorum, rursus ascendisse in montem, & illic eleuatis in discipulos oculis dixisse id, quod Mattheus aperte dicit ca. 5. Et Lucas discipulorum hic, non turbae facit mentionem, sicut & Mattheus.

ALIVD. Cum audieritis praelia &c. Lu. 21.

1 In terroribus & opinionibus bellorum, non esse deserendum Euangelion.

2 Euangelij negotium curandum, quicquid uero mundus minatur, relinquendum Domino.

3 Capillus de capite uestro non peribit, Mat. 10. Hora uestra in manu patris est, Quicquid contingeret uobis, bona uoluntas Dei patris erga uos est.

4 Non sperandum, ut sine persecutione promoveatur Euangelion.

ALIVD. Attendite a fermento Phar. Luc. 12.

1 Pharisei fermento hypocrisis omnia corrumperunt, docentes doctrinas hominum, quae sunt doctrinae demoniorum.

2 Insipientia eorum nota erit, cum innotescet iustitia doctrinae Apostolorum.

3 Reliqua ut in superiori Euangelio. Solus Deus timendus, alia illi relinquenda.

De

## DE CONFESSORIBVS.

Sint lumbi uestri præcincti. Luca. 12.

- 1 Alludit ad seruos, qui in illa regione longas portant uestes, quas ad iter præcingunt & c.
- 2 Lumbos præcingimus, quando omnia quæ carnis sunt abnegamus per fidem.
- 3 Lucernas gerimus ardentes in manibus, dū præcedimus proximis doctrina lucis, & operibus bonis per charitatem.
- 4 De eo, ut simus semper uigilantes, id est, credentes, & uerbum Dei mordicus tenentes, quod sine fructu non erit.

ALIVD Euangelion Luca. 11.

Nemo accendit lucernam & c.

- 1 Quod boni in nobis est, alijs seruire debet, Datur enim manifestatio spiritus ad utilitatem, scz, aliorum. 1. Corinth. 12.
- 2 Cordis intentio siue fides & infidelitas, discernunt coram Deo opera lucis & tenebrarum.
- 3 Caro specie sanctitatis pro luce accipit, quæ coram Deo est hypocrisis & tenebræ.

ALIVD. Nobilis quidam abiit. Luca. 19.

- 1 Voatis & c. Sine uocatione ne prædica.
- 2 Si es uocatus prædicator, pecuniã Domini expende ad usuram, non admisce tuam pecuniam & c.
- 3 Habet, qui utitur dono Dei in salutem fratrum,  
illi

Illi augetur gratia . Non habet, qui non utitur dono  
accepto, Illi aufertur, & tandem excœatur, ut non  
uideat quæ ante uidebat .

4 Hic condemnantur merita humana. Serui pecuniam à Domino accipiunt unde lucrentur, Et dominus quia fideles fuerant, pecuniã eis dat cum lucro, & insuper ciuitates, sola gratia .

ALIVD . Vigilate quia nescitis. Mat. 24 .

De uigilando, supra . Seruus fidelis, in Euangelijs proximis . Cibum, id est, uerbum Dei . In tempore, id est, nulla negligentia .

#### DE VIRGINIBVS .

Simile est regnũ cœ. thesauro & c. Mat. 13 .

1 Thesaurus & margarita, est Euangelion, quod absconditum est à carne, inuenitur autem fidei spiritu, quæ fides ob id renundat oĩbus, ut uere possidere possit .

2 Nondum discreti sunt hypocritæ à pijs coram mundo, id quod fiet in nouissimo die . Interim gloriantur se esse bonos Christianos .

3 Doctor non aliud habens q̄ Dei uerbum, id est, qui doctus est ad regnum cœlorum, profert non ex libro, sed ex thesauro cordis sui Legem & Euangelion .

ALIVD . Simile est regnũ cœl. 10. uirg. Mat. 25 .

1 De manifestis impijs hic nihil dicitur, de quibus  
scriptura

scriptura non opus habet iudicare, quæ destinata est  
contra hyocrisim nostram. De illis dicitur quæ uir-  
gines sunt, & occurrere uolunt Christo.

2 Hypocrisis opera ostentat, fidem intus non ha-  
bet. Sunt ergo maledicta opera, quæ in fine fumum  
tantum habent & fetorem & tenebras. Hæc est  
insipientia sapientiæ carnis.

3 Non de dormitione futura intelligo, sed de præ-  
senti in hac uita. Dormitant etiam prudentes, dum  
non satis fidei habent grauata hac carne, parata  
tamen, & quæ non multum absunt à uigilantibus.  
Dormiunt uero fatuæ, quæ abijciuntur etiam secun-  
dum alias parabolas, omnino imparatae sine fide,  
non uidentes suam hypocrisim.

4 Cum non speratur moriendū est. Tunc pri-  
mū uident hypocrite, omnia esse uana absq; oleo.  
Frustra tunc queritur, quod non inuenitur.

5 Domine domine. Hæc est hypocritarum ora-  
tio. Sed audiunt, Nescio uos.

6 Vigilate. Declarat parabolam.

IN OFFICIO Defunctorū, secundū ordinationē  
illorū, qui comedūt mortuos in suo illo purgatorio.

Dixit Martha ad IESVM. Ioan. 11.

1 Fides in Martha non minor q̄ in Petro Mat. 16.

2 Ego sum resurrectio & uita. Hæc est copiosa  
Euangelij prædicatio.

Aliud

ALIVD. Quia uenit hora &c. Ioan. 5.

I Infideles sola uocē Christi reuiuifant, id est, Euangelio.

Z Quibusdam Christus dat uitam ut Deus pater, quosdam iudicat, sed suo tempore.

S Quam alij Euangelistæ tubam dicunt, Ioannes uocē filij Dei dicit. Illius enim uerbo suscitantur omnes in nouissimo die, cuius uerbo oīa condita sunt.

ALIVD. Sicut pater suscitatur &c. Ioan. 5. Christi & patris eadem est potentia in saluando & iudicando.

Vtriusq; idem est honor.

Eadem fide creditur in patrem & filium.

Habet uitam æternam. Nota, iam habet. Qui non credit, iam iudicatus est, Ioan. 3. Nota, iam in presenti.

ALIVD. Omne quod dat mihi pat. &c. Io. 6.

I Quos dat pater ueniunt ad filium, siue quos trahit pater. Contra liberum arbitrium.

Z Si offendit prædestinatio, cogita tibi præceptum esse, ut credas in Christum, non ut scias prædestinationem.

ALIVD. Ego sum panis uiuus &c. Ioan. 6.

I Caro non capit sacramenta Christi.

Z Solus Petrus dicit, Ad quem ibimus, uerba uitæ æternæ habes. Petrus est cui pater reuelat, Mat. 16.

FINIS.



ERRATA.

- B iij. Exemplum mulieris. Lege. Exemplo &c.  
Ibidem. Qui corde uidere. Lege. Qui corda &c.  
C. Opera infidelitatis damnant. Lege. damnantur.  
Ibidem. Ne uia quidem. Lege. Ne uita quidem.  
D V. Per gratiam & uitam aeternam. Lege. ad  
uitam aeternam &c.  
D VI. Drachma se redimere. Lege. redinuenire.  
Ibidem. Hoc est cordis iustitia. Lege. Hec est &c.  
D VII. Miserior. Lege. Misereor.

Vuittemberge, apud Ioannem Lufft.  
Anno Domini. M. D. XXIII.

*Triginta Mo  
philosophy & ex  
Esa multum cost  
L<sup>s</sup>*

*in die decollationis Iohannis  
Iohannis Constantia. Iohannes in r. it  
laxando: mitigt mit vester elderru  
Iohannes contiones 10a capi. 1. 3.  
principes honorandi et principes: au  
lymudi in portatores a comuna  
tribus regner portata Esa 40  
Ezr. 3.  
Ecclesiaste officio portatores comites  
oportet ne minister urbi su  
timidit ne inuolatis his q occidunt  
corp q ait xpūs  
herodis impietas in fratre angelorum  
accidit frater apud Cesarē. Et  
a Cesarē inuolatis regnū imperator*

herodis adolterium heredis habuit in uxore  
arabie regis arabia filiam des fiffi fii  
Xmoxp. ronsigulding  
per atores corrupunt no ut plate B ruz  
hinc

joannes ab herode captus post veritatem  
erelias arguit perat. uniu additionis  
exeret: arabia signu ita signu peditio  
nis r: Arasset nyst vultum liden  
est et perat in pietate sancto  
pillaus paltus. Chara vitanda

In amodo heredis quare? impium  
parobi. matris prohibet

herodias mater herodis cum suis  
affinitibus in herodem des fiffi  
perdynt hominis


Colocantia dei in uxore joannis  
manifeste

Autoritas vannis magna coram deo  
pariosa in respectu  
homini r

Herodes punitur post joannem  
Aras rex post herodem filius sui  
flor alio heredis volch lantelich  
vandim kriper d bannu ad va  
pinder sur algerista





Constat viij grossen  
v. Bollm. d.  
L. Lübb.



Johannes Vederzich van  
flandren.







*x grossis*      *Journal de flambrua*

# INDI

CES QUIDAM IOANNIS  
BVGENHAGII POMERA=  
ni in Euangelia (ut uocant) Do=  
minicalia, Insuper usui tempo=  
rum & Sanctorum totius  
anni seruiencia.

AB IP SO AVT ORE IAM  
primū emissi & locupletati.  
*Sum H. Kemnath*  
VVITTEMBERGAE.  
•1524•

